

UC-NRLF


SIGILLVM · VNIVERSITATIS · CALIFORNIENSIS
FIAT LVX
MDCCCLXVIII
EX LIBRIS

ISOCRATIS ADMONITIO AD NICOCLEM.

SPECIMEN LITTERARIUM INAUGURALE

QUOD

ADNUENTE SUMMO NUMINE

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

PETRI CORNELII PLUGGE

MATH. MAG. PHIL. NAT. ET MED. DOCT. IN FAC. DISC. MATH. ET PHYS. PROF. ORD.

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU
NOBILISSIMAE FACULTATIS PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET
LITTERARUM HUMANIORUM DECRETO

PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISQUE

IN LITTERARUM CLASSICARUM DISCIPLINA
HONORIBUS ET PRIVILEGIIS

IN UNIVERSITATE GRONINGANA


RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS

PUBLICO AC SOLEMNI FACULTATIS EXAMINI SUBMITTET

PETRUS VERSMEETEN

NATUS IN PAGO SAMBEEK

DIE VI MENSIS JUNII ANNI MDCCCLXXXX HORA II.



LUGDUNI-BATAVORUM.
APUD E. J. BRILL.
MDCCCLXXXX.

TYPIS E. J. BRILL.

PARENTUM CARISSIMORUM PIAE MEMORIAE.

Dissertatiunculam hanc in lucem emissurus, qua finem tandem imponam studiis meis Academicis, grato animo in memoriam revoco sex annos per quos Virorum Clarissimorum institutione frui mihi contigit, quibus palam hoc loco animi grati sensum testificare pium et iucundum officium duco. Ac primum Tibi, Clarissime HALBERTSMA, *aestimatissime Promotor, gratias quam maximas ago pro summa benevolentia, qua per omne illud tempus erga me fuisti et pro auxilio, quod mihi in hoc libello conscribendo praebuisti. Tu enim viam mihi monstrasti, aberrantem in viam reduxisti, labantem erexisti.*

Tibi quoque, Clarissime VAN DER WIJCK, *gratias summas ago pro omnibus in me collatis beneficiis, quorum memoria semper me Tibi devinctum tenebit.*

Nec minus Tibi, Clarissime HECKER, *qui otio meritissimo nunc frueris, gratias, quas debeo, libentissime ago.*

Utinam et Tibi, Clarissime BAEHRENS, *praesens praesenti grati animi testimonium exhibere possem! Sed eheu! praematura morte Tuorum amori, amicorum discipulorumque reverentiae ereptus es.*

Vobis denique Clarissimi et Doctissimi BOISSEVAIN, SPEYER, J. P. SIX, DU RIEU, CINQUINI, *pro singulari erga me benevolentia gratias ago habeoque quam maximas.*

Scripsi Traiecti ad Mosam exeunte mense Maio a. MDCCCLXXXX.

CAPUT PRIMUM.

DE NICOCLIS VITA AC MORIBUS ET DE ORATIONE TERTIA ISOCRATI ABIUDICANDA.

In oratione quinta decima, quae inscribitur περὶ ἀντιδόσεως, Isocrates partem quandam Admonitionis ad Nicoclem missae exhibiturus haec praemonet § 67: ἔστι δ' ὁ μέλλων δειχθήσεσθαι Νικοκλεῖ τῷ Κυπρίῳ, τῷ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον βασιλεῖ συμβουλεύων, ὡς δεῖ τῶν πολιτῶν ἄρχειν. Hunc Nicoclem regnum tenuisse urbis Salaminis post patris Euagorae mortem, comperimus oratione nona, de Antidosi § 40 et aliis locis. Patrem mortuum esse anno 374 a. C. tradit Diodorus Siculus XV 47 his verbis: κατὰ τὴν Κύπρον Νικοκλῆς ὁ εὐνοῦχος ἐδολοφόνησεν Εὐαγόραν τὸν βασιλέα καὶ τῆς τῶν Σαλαμινίων βασιλείας ἐκυρίευσε. Quae quamvis graviter corrupta videantur, cum Nicocles non esset eunuchus, tamen cum etiam aliunde constet regem occisum esse ab eunucho, non est cur Diodoro fidem denegemus statuenti eum anno 374 a. C. esse interfectum. Blassius [1]) autem evincere studet Euagoram iam prius esse mortuum, sc. circa annum 378, sed non satis idoneis argumentis usus esse mihi videtur. Euagoras, inquit, si post pacem cum Persis factam adhuc usque ad annum 374 regnasset, sine dubio urbem non tam

1) Attische Beredsamkeit II p. 246.

exhaustam reliquisset filio, qualem eam fuisse, quo tempore Nicocles regnum accepit, testatur oratio tertia. Sed de anno, quo post bellum decem annorum Euagoras sub ditionem Persarum rediit, non constat; alii enim putant hoc factum esse anno 380, alii 375 [1]); deinde orationis tertiae auctoritas nulla est, cum ab Isocrate non scripta esse videatur, ut infra ostendemus; denique, etiam si statuamus pacem illam factam esse anno 380 urbisque res fuisse tam afflictas ut legimus in orat. 3, non tamen idcirco necesse est, ut cum Blassio faciamus, nam nil vetat statuere Euagoram causis nobis plane ignotis impeditum fuisse, quominus urbem in meliorem statum redigeret.

Euagoram violenta morte esse absumptum tradit etiam Theopompus apud Photium Bibl. 176 hoc modo: περὶ Νικοκρέοντος (de quo aliunde nil comperimus), ὡς ἐπεβούλευσεν, ὡς παραδόξως ἐφωράθη, ὡς ἔφυγε· καὶ ὡς τῇ ἐκείνου παιδὶ καταλειφθείσῃ κόρῃ Εὐαγόρας τε καὶ ὁ τούτου παῖς Πνυταγόρας λανθάνοντες ἀλλήλους συνεκάθευδον, Θρασυδαίου τοῦ εὐνούχου, ὃς ἦν Ἠλεῖος τὸ γένος, αὐτοῖς παρὰ μέρος ὑπηρετουμένου τῇ πρὸς τὴν κόρην ἀκολασίᾳ, καὶ ὡς τοῦτο αὐτοῖς αἴτιον ὀλέθρου γέγονεν, Θρασυδαίου τὴν ἐκείνων ἀναίρεσιν κατεργασαμένου.

Anno itaque 374 a. C. Nicocles regnum adeptus esse videtur et iam plures ante annos mortuus erat, cum Isocrates orationem 15 ederet; cf. locum supra laudatum, § 67. Quod cum factum sit circa annum 354 a. C., non multum a vero aberrabimus, si statuerimus Nicoclem regnasse ab anno 374 usque ad 365, vel cum doctissimo J. P. Sixio [2]), usque ad 368. Nam eum non ita diu regnasse, acute idem vir doctissimus in litteris benevolentissime ad me scriptis inde collegit, quod pauci tantum nummi eo rege cusi ad nos pervenerunt. Illo autem tempore apud Athenienses summa florebat gloria

1) Cf. Blass. l.l.

2) Revue Numismatique 1883 p. 285.

militari Timotheus, Cononis filius Isocratisque familiaris. Quem cum per aliquod saltem tempus Nicoclis amicitia usum esse veri sit simile propter magnam quae inter patrem Cononem Euagoramque intercesserat necessitatem [1]), non incredibile quidem est Isocratem quoque amicitiae vinculo cum Nicocle fuisse coniunctum, sed parum veri simile est Isocratem eo tempore venisse Cyprum, ut nonnulli putant [2]). Traditur [3]) quidem nonnumquam comes fuisse Timothei in expeditionibus navalibus, ut litteras scriberet, quas ille ad Athenienses de rebus gestis mitteret, sed si reputaveris Isocratem eo tempore iam minimum sexaginta annos natum fuisse et non sine causa sontica se periculis et incommodis longae et molestae navigationis obiecturum fuisse et quam maxime ab eius ingenio alienum esse breve illud et concisum dicendi genus, quod eiusmodi litterae flagitent, narratiuncula haec fabellis adnumeranda videtur, quarum magnam copiam stolidus ille auctor, qui nomen Plutarchi mentitur, in vitis decem oratorum undicumque compilavit [4]). Neque Blassii [5]) argumenta, mea quidem sententia, quidquam valent ad demonstrandum Isocratem convenisse Nicoclem. Et primo quidem vir doctissimus putat sententiam suam firmari eo, quod Isocrates magnam a Nicocle accepit pecuniam, ut ipse orator confitetur or. de Antid. 40: *ἠκούσατε τοῦ κατηγόρου λέγοντος, ὅτι παρὰ Νικοκλέους τοῦ Σαλαμινίων βασιλέως πολλὰς ἔλαβον καὶ μεγάλας δωρεάς.* Haec enim dona, inquit Blassius, si ideo accepit orator, quod Nicocli orationes composuerat, necesse est eos antea de his verba fecisse. Quod negandum puto. Nihil enim vetat nos credere Isocratem Admonitionem ad Nicoclem scripsisse Timothei

1) Weissenborn apud Ersch und Gruber, Encyclopedie p. 32.
2) Vide Blass. l.l. p. 50.
3) Ps. Plut. Vita Isocratis p. 837 C.
4) Vide plura de hac re in Quaestionibus Isocrateis, quas clar. T. Halbertsma publici iuris fecit in Mnemos. 1855 p. 224 sq.
5) L.l. p. 50 sq.

rogatu regemque sua sponte ampla oratori misisse dona, deinde regem ipsum per litteras petivisse ab oratore, ut Euagorae laudationem componeret, iterumque eum accepta oratione, quae iam in nostris editionibus nona est, largissime Isocratem remuneratum esse. Nec meliore iure, ut equidem puto, Blassius in partes vocat verba, quae statim secuntur post ea, quae supra ex oratione de Antidosi exscripsi: *καίτοι τίνι πιστὸν ὑμῶν ἐστὶν, ὡς Νικοκλῆς ἔδωκέ μοι ταύτας, ἵνα δίκας μανθάνῃ λέγειν*; Nempe vir doctissimus Isocratem haec addidisse putat quod timeret, ne quis crederet eum idcirco magnam pecuniam a Nicocle accepisse, quod eum in litibus forensibus verba facere docuisset; quod Isocrati numquam obici potuisset, nisi Nicocles praesens per aliquod tempus Isocratem audivisset. Minus recte autem, nisi fallor, Blassius de hoc loco iudicat. In praecedentibus enim paragraphis (inde a § 30) Isocrates argumentis variis ostendit se immerito accusari, quod discipulos doceat, quomodo lites sint agendae, deinde § 40 ex ipsa illa Nicoclis in se munificentia, de qua accusator invidiose locutus esse fingitur (vide § 31), argumentum haurit, quo demonstret se ad aliud quid uti dicendi arte, quam accusator contendit; nam absurdum esse statuere Nicoclem, *ὃς καὶ τοῖς ἄλλοις περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων ὥσπερ δεσπότης ἐδίκαζεν*, litigandi arti operam dedisse. Hoc crimen igitur secundum Isocratem falsum est et ex eo genere, quod § 31 dicit *τὸν κατήγορον ὅλως ψεύδεσθαι*. Quod cum ita sit, frustra, opinor, Blassius ad hunc locum provocavit. Restat ut videamus de tertio quod vir doctissimus affert argumento, petito ex oratione de Antid. 30, ubi legimus: *οὐ γὰρ μόνον ἰδιώτας φησί μου γεγενῆσθαι μαθητὰς ἀλλὰ καὶ ῥήτορας καὶ στρατηγοὺς καὶ βασιλέας καὶ τυράννους*. Putat enim Blassius illud *βασιλέας* non posse spectare nisi ad Nicoclem. Hoc autem me iudice non ita certum est, cum non omnes Isocratis discipuli nobis sint noti. Atque etiam si vocabulum *βασιλέας* spectat ad Nicoclem, non

hinc sequitur illud, quod Blassius vult; nam eam etiam ob causam Nicocles dici potest Isocratis discipulus, quatenus ab hoc accepit praecepta de regno bene administrando.

Ceterum quod ad Nicoclis vitam factaque attinet, nec aliunde nec ex Isocratis orationibus multum comperimus. In Admonitione enim ad eum missa ne verbum quidem de iis invenitur, nec mirum cum haec statim aut non diu postquam ille regnum erat adeptus scripta sit. Ex oratione autem nona, quam deinde ad eum misit orator quaque patrem Euagoram summis extollit laudibus, pauca tantum ad ipsum Nicoclem pertinent; videmus eum fuisse pium erga patrem mortuum (§ 1), philosophiae studiosum (§ 78) et praeter sorores eum plures habuisse fratres (§ 72), quorum nomina ex parte quidem novimus. Isocrates enim 9. 62 Pnytagoram laudat, qui teste Theopompo (cf. p. 2) ab eodem quo pater eunucho interfectus est; deinde in Euagorae nummis praeter ipsius nomen duorum quoque filiorum nomina occurrunt. Legimus enim in nummis quibusdam [1]) haec: Εὐϝαγόρω βασιλῆϝος et in altero eorum latere Ϝα. Ε. i. e. ἄναξ [2]) Εὐαγόρας, aut Ϝα. Δ. i. e. ἄναξ Δαμόνικος [3]). Et rursus e nummis constat Euagoram filium regnasse in interiore insulae parte, Demonicum autem Cittii. Reliquae Isocratis orationes nihil de Nicoclis vita praebent praeter tertiam. Sed antequam hac de oratione accura-

---

1) Cfr. Dr. Herm. Collitz. Sammlung der Gr. Dialect. Inschriften. Göttingen 1884.

2) Sic regis filii in Cypro appellari solebant, ut uxores filiaeque ἄνασσαι cf. Isocr. 9, 72; Harpocr. s. v. ἄνακτες: ἄνακτες καὶ ἄνασσαι· οἱ μὲν υἱοὶ καὶ ἀδελφοὶ τοῦ βασιλέως καλοῦνται, αἱ δὲ ἀδελφαὶ καὶ γυναῖκες ἄνασσαι. Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Κυπρίων πολιτείᾳ.

3) Keilius (Hermes 1888 p. 376 sq.) probare studet hunc esse Demonicum illum, ad quem admonitio prima, quae sub Isocratis nomine ad nos pervenit, scripta esse fingitur. — Olim putabatur Demonici et Nicoclis nomina in uno eodemque nummo inveniri; nunc autem, teste J. P. Sixio, viro harum rerum peritissimo, constat hoc non ita esse. Non enim inscriptum est ibi Demonici sed Nicocharis nomen, fortasse eiusdem qui rex fuit in urbe Mario; alterum nomen videtur quidem esse Nicoclis, sed tamen nondum de eo satis constat. Cf. Numismatic Chronicle 1888, VIII p. 130; Zeitschrift f. Numism. 1886. XIV p. 144; Head, Historia Nummorum p. 635.

tius videamus, aliud testimonium de Nicoclis vita exhibebimus, petitum e Theopompi Anaximinisque Scriptis. Legitur hoc apud Athen. XII p. 531 A—E his verbis: *Θεόπομπος δὲ ἐν πεντεκαιδεκάτῃ Φιλιππικῶν ἱστοριῶν Στράτωνά φησι τὸν Σιδώνιον βασιλέα ὑπερβάλλειν ἡδυπαθείᾳ καὶ τρυφῇ πάντας ἀνθρώπους. οἷα γὰρ τοὺς Φαίακας Ὅμηρος ποιεῖν μεμυθολόγηκεν, ἑορτάζοντας καὶ πίνοντας καὶ κιθαρῳδῶν καὶ ῥαψῳδῶν ἀκροωμένους, τοιαῦτα καὶ ὁ Στράτων διετέλει ποιῶν πολὺν χρόνον. Καὶ τοσούτῳ μᾶλλον ἐκείνων παρακεκινήκει πρὸς τὰς ἡδονάς, ὅσῳ οἱ μὲν Φαίακες, ὥς φησιν Ὅμηρος, μετὰ τῶν οἰκείων γυναικῶν καὶ θυγατέρων ἐποιοῦντο τοὺς πότους, ὁ δὲ Στράτων μετ᾽ αὐλητρίδων καὶ ψαλτριῶν καὶ κιθαριστριῶν κατεσκευάστο τὰς συνουσίας· καὶ μετεπέμπετο πολλὰς μὲν ἑταίρας ἐκ Πελοποννήσου, πολλὰς δὲ μουσουργοὺς ἐξ Ἰωνίας, ἑτέρας δὲ παιδίσκας ἐξ ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος, τὰς μὲν ᾠδικάς, τὰς δὲ ὀρχηστρικάς, ὧν εἴθιστο μετὰ τῶν φίλων ἀγῶνας τιθέναι, καὶ μεθ᾽ ὧν συνουσιάζων διέτριβε· χαίρων μὲν καὶ τῷ βίῳ τῷ τοιούτῳ, καὶ δοῦλος ὢν φύσει τῶν ἡδονῶν, ἔτι δὲ μᾶλλον πρὸς τὸν Νικοκλέα φιλοτιμούμενος. ἐτύγχανον γὰρ ὑπερφιλοτίμως ἔχοντες πρὸς ἀλλήλους καὶ σπουδάζων ἑκάτερος αὐτὸς ἥδιον καὶ ῥᾳθυμότερον ποιεῖσθαι τὸν βίον· οἵ γε προῆλθον εἰς τοσαύτην ἅμιλλαν, ὡς ἡμεῖς ἀκούομεν, ὥστε πυνθανόμενοι παρὰ τῶν ἀφικνουμένων τάς τε παρασκευὰς τῶν οἰκιῶν καὶ τὰς πολυτελείας τῶν θυσιῶν τὰς παρ᾽ ἑκατέρῳ γιγνομένας ἐφιλονίκουν ὑπερβάλλεσθαι τοῖς τοιούτοις ἀλλήλους. ἐσπούδαζον δὲ δοκεῖν εὐδαίμονες εἶναι καὶ μακαριστοί. οὐ μὴν περί γε τὴν τοῦ βίου τελευτὴν διηυτύχησαν, ἀλλ᾽ ἀμφότεροι βιαίῳ θανάτῳ διεφθάρησαν. Ἀναξιμένης δ᾽ ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Βασιλέων μεταλλαγαὶ περὶ τοῦ Στράτωνος τὰ αὐτὰ ἱστορήσας διημιλλῆσθαί φησιν αὐτὸν Νικοκλεῖ τῷ τῆς ἐν Κύπρῳ Σαλαμῖνος βασιλεύσαντι, ἐσπουδακότι περὶ τρυφὴν καὶ ἀσέλγειαν, ἀποθανεῖν τ᾽ ἀμφοτέρους βιαίως.* Plane his sunt contraria ea, quae legimus in oratione tertia. Ibi enim § 36—42 Nicoclis *σωφροσύνη* quam maxime laudatur, ita ut nescias utri potius credas, testimonio illorum historicorum an iis, quae in hac oratione leguntur. Nam qui

ostendere conati sunt posse utraque vera esse, eos credo frustra laborasse. Fac enim Blassium [1]) recte coniecisse Nicoclem, quamvis esset egregia indole praeditus philosophiaeque praeceptis imbutus, voluptatum paulatim illecebris victum descendisse ad mollitiem luxuriamque, quo tandem tempore hanc orationem ab Isocrate scriptam esse putabimus, in qua omnia ita sunt comparata, ut ad longius iam regnum spectare videantur? Iam supra autem vidimus non multos annos Nicoclem tenuisse regnum; itaque si demum post aliquot annos vitae suae rationem immutavit, ut Blassius putat, iam non diu nequitiae luxuriaeque se dedere potuit; quod si ita esset, historici illi non sic de eo verba fecissent, tamquam per omne regni sui tempus fuisset luxuriosus.

Neque magis Keilio assentior, cui ipsa oratio tertia videtur testari Nicoclem fuisse nequitiae deditum. Quem si audis [2]), „Nicocles cum domum splendore divitiarum et litterarum non sine magnis quae subditis imponebantur tributis circumdare posset neque bellis feliciter glorioseque gestis apud cives favorem sibi parasset, factum est ut auctoritas eius infringeretur. Atque ut concussum regnum stabiliret animosque civium adversus ipsum frementium sedaret, rex Isocratem orationes, quarum tituli sunt 'Nicocles' et 'Euagoras', componere iussit; harum priore ipsius Nicoclis egregiam civitatis moderationem et singularem morum sinceritatem continentiamque laudibus orator extulit, altera Euagorae patris facta de insula bene merita et maiorum praeclaram seriem exaggeravit. Sed cum ipsius virtutis maiorumque auctoritatis memoria apud intestinos hostes non tantum Nicocles valeret, ut seditiosorum fiduciam reciperaret, tandem interemptus est. Isocratis autem orationes adeo non Theopompi acerbum de rege iudicium

1) Att. Bereds. II, p. 247.
2) Analecta Isocratea, p. 8.

refellunt, ut confirment Nicoclem unum ex sexcentis illis regulis fuisse, qui tunc luxuriae et mollitiae dediti urbes oneribus et crudelitate excruciabant, dum ipsi iusto supplicio afficerentur". Itaque si Keilio credimus, hoc consilio scripta est oratio tertia, ut Nicoclem in gratiam restitueret cum Salaminiis. Credo tamen Isocratem melius consulturum fuisse Nicoclis commodo, quam in hac oratione factum esse mihi videtur. Fieri enim non posset, quin magis etiam cives irascerentur in principem legentes ea, quae praedicat hic de sua in peregrinos munificentia § 35: *πλείους δὲ καὶ τῶν πολιτῶν καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων εὖ πεποιηκέναι (φανήσομαι) καὶ μείζους δωρεὰς ἑκατέροις δεδωκὼς ἢ σύμπαντες οἱ πρὸ ἐμοῦ βασιλεύσαντες*; nam ut has largitiones in peregrinos conferre posset, magis etiam coactus erat cives premere tributis imponendis. Deinde nonne summae esset impudentiae, si Nicocles apud cives suos egregias de se praedicaret virtutes, quem probe scirent esse vitiis illis virtutibus contrariis inquinatum? Non hac ratione credo flecti solere civium animos, sed contra magis exacerbescere. Non hac ratione illi, qui in oratores invehebantur et de quibus in exordio Isocrates loquitur, adigi potuissent, ut sententiam suam mutarent [1]) illosque non diutius pro reipublicae peste haberent, quorum malis artibus iam ipsum regem imbutum viderent.

Keilii igitur non minus quam Blassii sententia mihi improbanda videtur et contra amplectenda eorum virorum doctorum opinio, qui orationem tertiam non ab Isocrate conscriptam esse contenderunt, ut Henr. Stephanus (Diatribe altera in Isocratem) Augerus, Havetius [2]) et postremo Sittlius [3]). Recte enim hic, quem potissimum sequor, ostendit,

1) Keil, l.l. p. 8 not. 2.

2) Introduction au discours d'Isocrate sur l'Antidosis, traduit par Cartelier. Paris 1862. p. 285.

3) Geschichte der Gr. Litt. p. 117 sq.

cur haec oratio Isocrati sit abiudicanda. Et primo quidem quam maxime est mirum hanc orationem, cuius hoc est propositum ut cives moneat de officiis erga principem, habitam fingi a principe non statim post regnum initum, sed cum iam plures annos regnasset (§ 31 et 63). Tum nemo facile crediderit admonitionem, quam Nicocles ab Isocrate acceperat, a rege in civium contione lectam esse aut scriptam inter eos divulgatam (§ 11); quod si quis autumarit hoc fingi ab Isocrate, magis etiam eum mirari necesse est, quod princeps non eodem tempore, quo cives audirent, quid boni principis officium esset, eos de ipsorum erga se officiis edoceret. Deinde eloquentiae defensio atque laudatio, quae totum exordium complet, nullo vinculo cohaeret cum reliquis [1]). Porro ut ea, quae legimus § 23, aliena sunt a principe, qui est sub ditione Persarum, ita quae § 57 inveniuntur non decent eum, qui parvae civitatis tenet regnum. Denique Isocrates nimis civitatis suae erat amans quam ut inter urbes Graecas primum Syracusis tribueret locum, ut fecit auctor tertiae orationis § 23. Igitur fortasse a rhetore quodam Syracusano scripta est haec oratio, qui cum videret in admonitione Isocratea principem moneri de officiis in subditos, sponte adductus est ut praeciperet, quales cives se erga principem praestare deberent. Haec fere Sittlius, ad cuius argumenta unum addam. In oratione tertia a media § 5 usque ad mediam § 9 ad verbum eadem de laude eloquentiae leguntur, quae invenimus in or. de Antidosi a media § 253 usque ad mediam § 257. Omnibus qui Isocratem assidua lectione triverunt notum est saepius apud eum easdem sententias et eadem argumenta recurrere. In qua re quam rationem orator

1) Argumentum a Sittlio inde petitum quod orationes tertia et decima eodem fere modo ordiuntur, reliquae autem Isocratis orationes proprium sibi exordium habent, hoc mihi quidem minoris momenti esse videtur, quia inter utrumque exordium est similitudo nulla, praeter quod in utroque prima verba sunt *εἰσί τινες οἳ*.

secutus sit, optime intelleges, si comparaveris 4. 146 sq. cum iis, quae 5. 90 sqq. leguntur. Nusquam priora ad verbum repetit nisi ubi exemplis allatis ostendere velit, qualia sint ea, quae antea scripsit. Hoc consilio complures particulas orationum exhibet in oratione de Antidosi, sed ita ut semper indicet, ex qua oratione eas sumpserit. Cum autem in oratione de Antidosi neque speciminis causa laudes illas eloquentiae inseruerit neque addiderit, unde eas petiverit, probabili coniectura statuere mihi videor auctorem tertiae orationis has eloquentiae laudes desumpsisse ex oratione de Antidosi et illam orationem non Isocrateam esse. Nam nihil me movent verba, quae Isocrates, ubi laudes illas eloquentiae in or. de Antid. incipit, inseruit quibusque Blassius [1]) tantum tribuit, sc. *ἅπερ* (libri) s. *ὅπερ* (Havet.) *καὶ πρότερον εἶπον*, cum nihil impediat, quominus haec referamus ad Paneg. 48, ubi loquendi facultas hoc modo laudatur: *τοῦτο μόνον* (sc. *τοὺς λόγους*) *ἐξ ἁπάντων των ζῴων ἴδιον ἔφυμεν ἔχοντες, καὶ τούτῳ πλεονεκτήσαντες καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν αὐτῶν διηνέγκαμεν*, quam sententiam ab oratore in or. de Antid. 253 sqq. fusius ornatiusque tractatam esse equidem puto.

Videtur itaque spuria esse oratio tertia, scripta a rhetore nescio quo, qui Nicoclis vitae regnique laudes conformavit ad praecepta, quae Isocrates huic in Admonitione dederat. Quae cum ita sint, nulla fides est habenda iis, quae in hac oratione de Nicocle leguntur, nihilque relinquitur nisi ut Theopompo Anaximenique credamus fuisse illum regem mollem et luxuriosum.

---

1) L. l. p. 252 not. 4.

CAPUT SECUNDUM.

DE INTERPOLATIONIBUS EX ADMONITIONE AD NICOCLEM REMOVENDIS.

In oratione quinta decima Isocrates e quatuor orationibus partes quasdam repetivit, quibus monstraret se sine iusta causa ab obtrectatoribus accusari tamquam malarum artium praeceptorem. Orationes, quas in partes vocat, sunt Panegyricus, de Pace, ad Nicoclem, contra Sophistas. Repetitae autem illae partes non in omnibus libris mss. integrae sunt exaratae; optimus enim liber Γ initia tantum et fines praebet. Nec omnia, quae repetuntur in or. de Antidosi, plane respondent iis, quae in ipsis orationibus leguntur; nam quae ex Admonitione ad Nicloclem sunt adscita multum ab iis, quae in ipsa Admonitione leguntur, differunt. Mirum hoc visum est viris doctis et primo quidem Benselero. Bruecknerus [1]) autem causas sibi visus est invenisse, cur Isocrates in or. de Antidosi plura, quae in ipsa Admonitione scripserat, omiserit. Dicit enim vir doctissimus „Isocratem, cum specimina tantum ex orationibus suis velut fructus quosdam exhiberet, ne legentium sive audientium patientia abuteretur .... ea reiecisse, tum invidiosa quaecumque putarentur, tum Nicoclis rationes quae penitius attingerent". Quibus Iahrius [2]) bene

---

1) Programm, Schweidnitz 1852.
2) Quaestiones Isocrateae, Dissertatio. Halis Saxonum 1881.

respondet patere ex ipsius oratoris verbis eum in hac ad Nicoclem Admonitione nusquam peculiariter praecipiendi rationem esse secutum. Admonitionis enim § 6 orator dicit se in universum esse acturum de bene regnandi ratione et § 40 sq. quodammodo se excusat quod non nova invenerit, sed ea collegerit, quae antea in multorum mentibus fuissent. Quod cum ita sit, sententiae quae citantur in oratione 15 maiorem sinceritatis speciem prae se ferunt, si quidem magis universe sunt dictae. Praeterea, ut vere Keilius [1]) Bruecknerum impugnans observat, haec erat veterum interpretum natura atque consuetudo, ut quae nimis generalem in modum prolata ipsis videbantur, ea apud discipulos commentati ad certiores res referrent artioresque in orbes recluderent. Praecepta autem, quae ex Admonitione ad Nicoclem in or. de Antidosi sunt exscripta, ea non solum Salaminiorum regem tangunt, sed unicuique tyranno possunt dari: itaque cum magister orationem, quam ad Nicoclem missam esse constabat, suis enarraret, ita generales illas sententias interpretari conatus est, ut quomodo ea aut ad regem, qualis Nicocles erat, aut ad ipsum Nicoclem facerent, explicaret. Nec felicior fuit Brueckners in coniciendo Isocratem omisisse in or. de Antidosi ea, quae in Admonitione invidiosa esse viderentur [2]). Fac enim oratorem, qui Admonitionis partem exhibiturus praedicaverat (15. 70) inde se *Φανήσεσθαι πρὸς αὐτὸν* (Νικοκλέα) *ἐλευθέρως καὶ τῆς πόλεως ἀξίως διειλεγμένον*, praecepisse in ipsa Admonitione atque in eadem hac parte, quomodo *καὶ κτᾶσθαι καὶ σῴζειν τὰς τυραννίδας μάλιστ' ἄν τις δύναιτο* (21), omisisse autem hunc locum in oratione de Antid., ne iudicum invidiam in se contraheret, nonne periculum fuisset, ne iudices Admonitionis ipsius exemplari allato inde partem illam praelegerent oratoremque mentitae probitatis convincerent? Quod si factum

1) Hermes 1884 p. 642.
2) Keilius l.l.

esset, orator ipse causae suae magnopere nocuisset. At, dicat quis, non in iudicio Isocrates orationem de Antidosi habuit, sed inter cives divulgavit, ut apud hos vitae suae rationem contra obtrectatorum invidiam defenderet simulque ostenderet se in orationibus numquam dixisse ea, quae patria urbe essent indigna. Sed, ut Keilius [1]) recte observat, eo magis erat periculum, ne quis oratoris fraudem deprehenderet; quisquis enim huic scriptae defensioni animum advertit, ea quae in partes sunt vocata exempla accuratissime poterat conferre cum orationibus ipsis, e quibus sunt petita.

Brueckneri opinione satius refutata iam videamus quid Blassius [2]) dicat de causa, cur nonnulla eorum, quae leguntur in Admonitione ad Nicoclem, omissa sint in oratione 15. Putat nempe vir doctissimus oratori, qui ea, quae ex or. de Pace desumpta sunt, in or. de Antidosi in artius contraxit, licuisse eo magis eadem agendi ratione uti in iis, quae ex Admonitione ad Nicoclem ibidem citavit, quia haec nullo inter se vinculo sint coniuncta. Hac autem viri doctissimi disputatione non multum proficimus [3]). Non enim comperimus, cur orator ea potissimum ex Admonitione omiserit, quae in oratione de Antidosi non citata esse videmus, deinde cur tacite haec omiserit et contra apud ea, quae ex or. de Pace deprompsit, disertis verbis indicaverit, se desumpsisse haec e duabus huius orationis partibus. Ubi enim in or. de Antidosi § 66 orator nonnulla ex or. de Pace attulit, in optimo codice Γ haec leguntur:

ΕΚ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΕΙΡΗΝΗΣ.

Ἡγοῦμαι δὲ δεῖν ἡμᾶς οὐ μόνον ψηφισαμένους τὴν εἰρήνην ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἀπελθεῖν, ἀλλὰ καὶ βουλευσαμένους, ὅπως ἄξομεν αὐτὴν (§ 25).

1) L. l.
2) L. l. p. 248.
3) cf. Havetium l.l.

μέχρι τοῦ

ἐπιλίποι δ' ἂν με τὸ λοιπὸν μέρος τῆς ἡμέρας, εἰ πάσας τὰς πλημμελείας τὰς ἐν τοῖς πράγμασιν ἐγγεγενημένας ἐξετάζειν ἐπιχειροίην (§ 56).

εἶτ' ἐξελὼν τὰ μέσα συνῆψεν οὕτως·

τίς οὖν ἀπαλλαγὴ γενήσεται τῆς ταραχῆς ταύτης; καὶ πῶς ἐπανορθωσόμεθα τὰ τῆς πόλεως καὶ βελτίω ποιήσομεν; πρῶτον μέν, ἢν παυσώμεθα δημοτικοὺς μὲν νομίζοντες τοὺς συκοφάντας, ὀλιγαρχικοὺς δὲ τοὺς καλούς τε κἀγαθοὺς τῶν ἀνδρῶν (§ 132 sq.)

καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ βιβλίου.

Ubi autem (§ 73) ex Admonitione ad Nicoclem nonnulla proferuntur, hoc fit ita:

ΕΚ ΤΟΥ ΠΡΟΣ ΝΙΚΟΚΛΕΑ.

Μάλιστα δ' ἂν αὐτὸς ὑπὸ σαυτοῦ παρακληθείης, εἰ δεινὸν ἡγήσαιο τοὺς χείρους τῶν βελτιόνων ἄρχειν καὶ τοὺς ἀνοητοτέρους τοῖς φρονιμωτέροις προστάττειν (§ 14)

μέχρι τοῦ

σοφοὺς νόμιζε μὴ τοὺς περὶ μικρῶν ἀκριβῶς ἐρίζοντας ἀλλὰ τοὺς εὖ περὶ τῶν μεγάλων λέγοντας. Χρῶ τοῖς εἰρημένοις, ἢ ζήτει βελτίω τούτων (§ 39).

Iis quae attuli argumentis satis evictum esse mihi videtur, Benselerum iure optimo dubitasse, num partes illae, ex Admonitione non citatae in or. de Antidosi, essent genuinae. Cum tamen vir doctissimus nimio ardore, ut fit, argumenta colligeret [1]), quibus sententiam suam stabiliret, factum est ut in iis, quae pro spuriis haberet, etiam non vituperanda reprehenderet. Exstitit deinde Bruecknerus, qui causam illarum a Benselero damnatarum partium susciperet, nactusque est Blassium [2]) sibi assentientem. Benseleri contra sententiam

1) Benseler de Hiatu p. 37—39. Cf. eundem in editionis Isocr. praefat. p. XXXVI, 2—7.

2) L. l.

amplexi sunt Havetius [1]), Hugius [2]), Lehman de Lehnsfeld [3]), Iahrius [4]), Bruno Keilius [5]), Albrechtius [6]) aliique. Vides iam satis multos animum advertisse ad quaestionem a Benselero motam. Cum tamen nonnulla, ut fieri solet, a viris doctis neglecta, pauca quaedam non satis recte disputata esse mihi videantur, necdum praecipua eorum, quae de ea re iam chartis sunt mandata, in unum collecta sint, operae pretium duxi quaestionem hanc denuo tractare. Quod ita sum facturus ut ad singulos locos, in or. de Antidosi omissos, enotem virorum illorum animadversiones [7]), addamque si quae ipse habeo.

Prius tamen pauca sunt dicenda de rerum dispositione in ea Admonitionis parte, quam Isocrates in or. de Antidosi citavit. Atque in ipsa Admonitione ordinem ibi valde esse turbatum omnes nullo negotio vident, sed dum Benselerus et qui huius opinionem sunt secuti etiam hoc utuntur argumento ad sententiam suam comprobandam, Blassius ut ostendat hoc sine iure fieri, ipsum Isocratem advocat testem, qui 15. 67 haec habet: *οὐχ ὁμοίως δὲ γέγραπται (ὁ πρὸς Νικοκλέα λόγος) τοῖς ἀνεγνωσμένοις* (sc. *τῷ πανηγυρικῷ καὶ τῷ περὶ εἰρήνης*). *οὗτοι μὲν γὰρ τὸ λεγόμενον ὁμολογούμενον ἀεὶ τῷ προειρημένῳ καὶ συγκεκλειμένον ἔχουσιν, ἐν δὲ τούτῳ τοὐναντίον· ἀπολύσας γὰρ ἀπὸ τοῦ προτέρου καὶ χωρίσας* [8]) *ὥσπερ τὰ καλούμενα*

---

1) L. l. p. 207 sqq.
2) Jenaer Litteraturzeitung 1878 p. 617.
3) De oratione ad Demonicum Isocrati abiudicanda dissertatio. Lugd. Bat. 1879. p. 16 et 61.
4) L. l.
5) L. l. et Hermes 1888 p. 352 sqq.
6) Jahresberichte des Philol. Vereins 1885 p. 77 et 95.
7) Non praesto fuerunt quae Benselerus in libro suo de hiatu, Brucknerus, Havetius, Hugius de hac quaestione scripserunt. Eorum autem argumenta, quantum fieri potuit, e Iahrii Keiliique commentationibus petivi.
8) *Χωρίσας* Γ Δ v: *Χωρὶς* Ε Θ.

κεφάλαια [1]) [ποιήσας] [2]) πειρῶμαι διὰ βραχέων ἕκαστον ὧν συμβουλεύω φράζειν.

Frustra autem virum doctissimum haec Isocratis verba attulisse, quibus turbatum ordinem defenderet, iam bene perspexit Iahrius [3]). Nihil enim aliud orator l.l. dicit quam Admonitionem ad Nicoclem non ea arte esse conscriptam qua ante citatas orationes, quarum singula enuntiata ita inter se sunt conexa, ut sequentia semper cum praecedentibus artissime cohaereant, in illa autem singula praecepta breviter esse proposita; nihil de turbato praeceptorum ordine ibi legimus, nec magis 15. 69 ubi orator confitetur Admonitionem ad Nicoclem non esse ἄριστα τῶν λοιπῶν γεγραμμένην.

Sed iam aliud argumentum profert Blassius, quo redarguat eos, qui malam rerum dispositionem Isocrati non imputandam esse credunt. Dicit enim aeque turbata esse praecepta in oratione tertia. At iam demonstravimus (p. 8 sqq.) hanc orationem spuriam esse. Sed fac eam ab Isocrate esse conscriptam, nec bonum posse restitui ordinem, num statim hinc concludere oportet ea quoque re vera ab Isocrate esse scripta, quae in Admonitione ad Nicoclem ordinem turbant quaeque praeterea, ut e sequentibus apparebit, alias quoque ob causas valde sunt suspecta? His in universum praemonitis iam videamus de singulis.

Primo itaque in or. de Antidosi omissa est § 19. Atque Benselerum haec verba Isocrate indigna censentem, quod conexum inter § 18 et § 20 divellant, non satis caute egisse puto. Nam in iis, quae ante paragraphum 19 leguntur, sermo est de principis agendi ratione erga cives, § 20 autem de

---

1) Blassius in Bursians Jahresber. 1882 p. 236: die gesammelten einzelnen Gnomen, z. b. des Phokylides. Vgl. Suidas Φωκυλίδης, Plat. Leg. VII 810 E. Klearchus b. Athen. X. 457 E.

2) Del. Fuhrius.

3) L. l. p. 25.

deorum cultu, quae nullo necessario vinculo sunt coniuncta. Meliore autem iure haesit in verbis πράξεσι et διαρκῆς. Vocabulum enim πρᾶξις hoc loco significare debet vectigalium exactionem, ut iam Wolfius et Coraes sunt interpretati, probantibus Brucknero Blassioque. Sed, ut recte Iahrius [1]) animadvertit, Isocrates ut hoc significet utitur vocabulo εἴσπραξις, addito insuper τῶν φόρων; cf. 12. 62 sq. οἶμαι δὲ τοὺς ἀηδῶς ἀκούοντας τῶν λόγων τούτων .....κατηγορεῖν τῆς πόλεως ἡμῶν ἐπιχειρήσειν..... καὶ τάς τε δίκας καὶ τὰς κρίσεις τὰς ἐνθάδε γιγνομένας τοῖς συμμάχοις καὶ τὴν τῶν φόρων εἴσπραξιν διαβαλεῖν, et 12. 67 τοιαῦτα δὲ καὶ περὶ τῆς εἰσπράξεως τῶν φόρων ἥν τι λέγωσιν ἕξομεν εἰπεῖν. Locos autem a Bruecknero e Demosthene allatos nihil probare, idem Iahrius bene intellexit; altero enim additur εἰσφορῶν, altero ex antecedentibus facile suppletur τῶν χρημάτων. Prior quem Brucknerus e Demosthene attulit locum, est 22. 46: ὥσθ' ὅταν ταῦτα λέγῃ, μέμνησθε τῶν ὅρκων καὶ τὴν γραφὴν ἐνθυμεῖσθε, ὅτι νῦν οὐ περὶ πράξεως εἰσφορῶν ἐστὶν, ἀλλ' εἰ δεῖ κυρίους εἶναι τοὺς νόμους; alter est 56. 45: ἡ δὲ συγγραφὴ κελεύει, ἐὰν μὴ παρέχωσιν ἐμφανῆ τὴν ναῦν, ἀποτίνειν αὐτοὺς διπλάσια τὰ χρήματα, τὴν δὲ πρᾶξιν εἶναι καὶ ἐξ ἑνὸς καὶ ἐξ ἀμφοῖν. Atque ut omnem hac de re dubitationem tolleret, Iahrius alios locos e Demosthene conquisivit ostenditque ibi vocabulum πρᾶξις sive εἴσπραξις nullam praebere difficultatem, cum aut aliud quoddam vocabulum addatur, unde significatio fiat conspicua, aut tale quid e praecedentibus sit supplendum, aut denique ex ipsa oratione pateat, quo sensu πρᾶξις sive εἴσπραξις sit adhibita. At Brucknerus monet nulla opera quemque intellegere, quid significet πρᾶξις hoc de quo agimus loco, cum sequatur διαρκῆς. Sed fallitur, si quid video, vir doctissimus; verbum enim διαρκεῖν a nullo bonae Graecitatis scriptore adhibetur de eo,

1) L. l. p. 43 sq.

qui debita solvere potest, sed de eo qui aerumnas laboresque sustinet [1]). Praeterea offenderunt Benselerum verba ἔν τε τοῖς προειρημένοις, cum nescias quo spectent. Et recte hoc animadvertisse Benselerum inde patet, quod si cum Brueckner0 putas ea referenda esse ad ταῖς κατασκευαῖς, alia statim oritur difficultas; sic enim abundant sequentia καὶ τῷ κάλλει τῶν κτημάτων, quae ad solas res privatas spectare non possunt. Itaque cum Dobraeo haec ultima verba ut scholion, ad τοῖς προειρημένοις adscriptum, essent eicienda, nisi periclitaremur non Isocratem sed interpolatorem corrigere. Minoris momenti mihi esse videntur ea, quae Benselerus deinde improbat in eadem § 19. Dicit enim minus recte eandem sententiam, quam hic legimus, recurrere § 32, ubi rursus de gloria paranda sermo est. Sed § 19, ubi auctor id praecipue agit, ut principem de urbe operibus publicis instruenda moneat, bonae famae notio secundarium tantum tenet locum, at contra § 32 primarium. Summo autem iure Keilius [2]) reprehendit, quod τὰ τοιαῦτα simul est subiectum verbi παραμενεῖ et obiectum verbi καταλείψεις. Tum ipse offendor verbo ἀναλώματα, quod mire mihi dictum videtur de iis, quae pecunia parantur, nec minus offendor τοῖς ἐπιγιγνομένοις, quod hoc loco usurpatum est pro παισί. Denique eos, qui Isocratem pro auctore huius paragraphi habent, cum Keilio [3]) rogatos velim, num minutias, quales hic legimus, decere putent eum, qui § 6 dicit se acturum esse καθ' ὅλων τῶν ἐπιτηδευμάτων?

Quae secuntur § 20 agunt de deorum veneratione. Ultima autem huius paragraphi verba desiderantur in or. de Antid. itemque tota § 21. Quod ad conexum attinet, facile quisque videt his omissis bene praeceptum de deorum cultu excipi

---

1) Keil. Hermes 1884 p. 640. not. 2.
2) Hermes 1888 p. 358 not. 2.
3) Hermes 1884 p. 640 not. 2.

primis § 22 verbis, quibus de veritate colenda monetur princeps; veritatis enim amor numeratur in iis virtutibus, quae diis sunt gratissimae. Contra ea quae in fine § 20 et in § 21 leguntur, quam maxime sunt ab illis aliena. Primum enim praecipitur, qua ratione princeps familiarium amicorumque benevolentiam sibi servare possit, deinde de vitae custodia, tum de civium re familiari tuenda agitur. Nec solum turbato ordine interpolationis suspicio movetur, sed accedunt alia et quidem adeo multa, ut nulla iam dubitatio relinquatur de loci interpolatione, etiam si putas prima huius loci verba esse corrupta eaque hac de causa in partes non esse vocanda. Haec enim verba non solum, ut Blassius dicit, obscuritate laborant, quae eiecto τῶν φίλων [1]) non tollitur, sed ut equidem puto, sanam sententiam quominus ex iis eliciamus, omnino impediunt verba ταῖς δ' ἀληθείαις αὐταῖς, aut quae in aliis codd. leguntur ταῖς δ' ἀληθεστάταις [2]), nec assequor quomodo Iahrius comprobare possit interpretationem, quam Bruecknerus proposuit: Beehre mit Aemtern deine nächsten Verwandten, mit der Wahrheit selbst aber die dir Wohlgesinntesten. Haec enim non magis intellegimus quam illa. Sed aliud agens de his disputasse Iahrius inde mihi videtur, quod, ut ostendat ea ab Isocrate non esse scripta, relegat nos ad verba § 27: ἀκριβεῖς ποιοῦ τὰς δοκιμασίας τῶν συνόντων, εἰδώς, ὅτι πάντες οἱ μή σοι πλησιάσαντες ὅμοιόν σε τοῖς χρωμένοις εἶναι νομιοῦσιν. τοιούτους ἐφίστη τοῖς πράγμασι τοῖς μὴ διὰ σοῦ γιγνομένοις, ubi rursus de honoribus mandandis agitur idque eo modo, qui parum concinat cum eo, quo fit § 20 in verbis τίμα ταῖς ἀρχαῖς τῶν φίλων τοὺς οἰκειοτάτους. Ad haec autem § 27 verba vir doctissimus nos relegare non debuerat, quia ipsa in or. de Antid. desiderantur Isocratique abiudicantur.

---

1) Blass. Edit. Isocr. praef. p. XII.
2) Keil. Hermes 1884 p. 639.

Itaque si quid de verbis τίμα ταῖς ἀρχαῖς τῶν φίλων τοὺς οἰκειοτάτους dicere licet, non eam ob causam, quam Iahrius attulit, spuria sunt habenda, sed quia aperta fronte pugnant cum § 16, σκοπῇς ὅπως οἱ βέλτιστοι τὰς τιμὰς ἕξουσιν [1]). Ex insequentibus certiora argumenta petere licet, quia de corruptela non sunt suspecta. Atque de vitae custodia rursus agitur § 36, μάλιστα μὲν πειρῶ τὴν ἀσφάλειαν καὶ σαυτῷ καὶ τῇ πόλει διαφυλάττειν; de civium benevolentia comparanda iam monitum est § 15, μελέτω σοι τοῦ πλήθους, καὶ περὶ παντὸς ποιοῦ κεχαρισμένως αὐτοῖς ἄρχειν; de bonis amicis rursus monetur § 27 supra laudata; nec concoquo verba καὶ τὴν σαυτοῦ φρόνησιν, cum lippis quoque et tonsoribus notum sit hanc esse necessariam ad vitae custodiam. Deinde verba κτᾶσθαι τὰς τυραννίδας aliena sunt a praeceptis, quae dantur ei, qui iam regnum tenet. [2]) Nec quisquam negabit Keilium [3]) summo iure reprehendere pravam ratiocinationem hanc: has res tutissimam crede vitae custodiam, nam his parantur regna. Reliqua paragraphi 21, quamvis Iahrii disputationem non probem haec non ferentis, quod idem fere contineant atque verba § 19, quae ab ipso viro doctissimo iam Isocrati sunt abiudicata, tamen alia de causa pro spuriis sunt habenda; nam etiam si putes optimi codicis lectionem πολιτικῶν corruptam esse et e deterioribus recipiendum ἰδίων, non minus hoc loco improbandum est monitum de cura civium, quia iam simile quid legimus § 18, τὰς μὲν ἐργασίας καθίστη αὐτοῖς (τοῖς πολίταις) κερδαλέας.

Satis itaque multis de causis ultima paragraphi 20 verba et totam paragraphum 21 Isocrati abiudicamus, nec meliore iure defenduntur quae paullo post in or. de Antid. omissa sunt, sc. § 22 ἅπασι μὲν — § 23 finem, quamvis non tam gravibus reprehensionibus sint obnoxia quam priora. Miran-

1) Keil. l.l.
2) Keil. Hermes 1888 p. 368 et not. 1.
3) Hermes 1884 p. 640.

dum est sane, quod hic in verbis περὶ πλείστου δὲ ποιοῦ τῶν ἀφικνουμένων μὴ τοὺς σοὶ δωρεὰς ἄγοντας ἀλλὰ τοὺς παρὰ σοῦ λαμβάνειν ἀξιοῦντας eandem fere sententiam invenimus, quam iam legimus § 1 [1]). Aut si hoc non offenderis, vide quae exstant paragrapho ultima: βούλου δὲ καὶ τοὺς ἄλλους, ὅπερ εἶπον ἀρχόμενος, μὴ τὰς εἰθισμένας ἄγειν σοι δωρεὰς et attende ad verba ὅπερ εἶπον ἀρχόμενος. Hinc enim apparet initio tantum Admonitionis Isocratem protulisse hanc sententiam. Praeterea ab hoc loco alienum esse puto verbum ἀξιοῦντας, nam etiam ii, qui δωρεὰς ἄγουσι, nonnisi hoc spectare solent, ut alia et quidem maiora accipiant et praeterea fieri potest, ut miseriis cruciati et impudentissimus quisque a principe donum petant. Sed non nimis premendum esse puto vocabulum ἀξιοῦντας, quia quod flagitatur ἀξίους ὄντας, facile potuit in illud corrumpi; eodem modo 15. 75 pro genuino ἀξιοίην traditum est ἄξιος εἴην. Iustae autem suspicioni obnoxia esse mihi videntur ea quae secuntur. Quinam enim sunt οἱ ἄλλοι? An advenae illi, qui quamvis dona obtulerint principi tamen ab eo minoris fiunt, quam qui nihil dederunt, si quidem rex utitur consilio, quod hoc loco ei datur? Sed non ita credo, principem apud illos μᾶλλον εὐδοκιμήσειν. An οἱ ἄλλοι sunt omnino omnes, qui dona non acceperunt? Sed nego cives semper principem maiore reverentia suspecturos esse, ubi viderint eum in peregrinos dona conferre. Potius hoc exspectamus: viros egregios honorando aliis stimulos addes, ut tua benevolentia fiant digni. Sed haec hactenus. Sequitur τοὺς πολλοὺς φόβους ἐξαίρει τῶν πολιτῶν, καὶ μὴ βούλου περιδεεῖς εἶναι τοὺς μηδὲν ἀδικοῦντας, cum quibus conferas velim § 16: καλῶς δὲ δημαγωγήσεις, ἢν μήθ' ὑβρίζειν τὸν ὄχλον ἐᾷς μήθ' ὑβριζόμενον περιορᾷς, ἀλλὰ σκοπῇς, ὅπως οἱ βέλτιστοι μὲν τὰς τιμὰς ἕξουσιν, οἱ δ' ἄλλοι μηδὲν ἀδικήσονται. Non possum mihi persuadere oratorem, qui antea

---

1) Iahrius l.l. p. 48.

principipem monuit, ne sinat plebem male haberi, aliis interiectis praeceptis, hortari eundem, ne ipse cives timore cruciet. Deinde Keilius [1]) putat verba *ποίει μὲν μηδὲν μετ' ὀργῆς, δόκει δὲ τοῖς ἄλλοις, ὅταν σοι καιρὸς ᾖ*, quibus rex monetur, ut nonnumquam cum irae simulatione agat, parum decere eum, qui philosophorum praecepta sublimia regi proponit normas vivendi ac dominandi. Vereor tamen, ne vir doctissimus iusto hic fuerit severior; simulationem enim, qualis hic commendatur Nicocli, neminem ne philosophum quidem dedecere puto. Itaque in verbis a Keilio reprehensis equidem non haereo, sed in iis, quae statim secuntur: *δεινὸς μὲν φαίνου τῷ μηδέν σε λανθάνειν τῶν γιγνομένων, πρᾶος δὲ τῷ τὰς τιμωρίας ἐλάττους ποιεῖσθαι τῶν ἁμαρτανομένων.* In his enim eadem fere sententia inest atque in sequente paragrapho: *ἀρχικὸς εἶναι βούλου μὴ χαλεπότητι μηδὲ τῷ σφόδρα κολάζειν*, quod non, ut Iahrius opinatur, excusari posse puto eo, quod, quae in priore sententia per affirmationem pronuntiantur, quo maiore cum vi proferantur in posteriore per negationem dicuntur. Immo cum vocabulum *ἀρχικός*, in initio posterioris enuntiati positum, ostendere videatur plane novum praeceptum prolatum iri, ea quae proxime praecedunt et quibus idem fere dictum est, spuria esse manifestum est. Et valde ridiculum mihi quidem videtur illud monitum: *πρᾶος δὲ (φαίνου) τῷ τὰς τιμωρίας ἐλάττους ποιεῖσθαι τῶν ἁμαρτανομένων.* Credisne hoc tribui posse Isocrati, praesertim cum 7.47 dicit: *ὅπου δὲ μήτε λαθεῖν τοῖς ἀδικοῦσι ῥᾴδιόν ἐστι μήτε φανεροῖς γενομένοις συγγνώμης τυχεῖν, ἐνταῦθα δ' ἐξιτήλους γίγνεσθαι τὰς κακοηθείας.*

E sequentibus quae omittuntur in or. de Antid., quamvis minus quam ea, de quibus adhuc egimus, ob ipsa verba aut sententias sint suspecta, tamen pariter ac cetera, quae ibi omissa sunt interpolatoremque arguunt, esse eicienda bene

---

1) L. l.

perspexit Keilius [1]), cuius verba haec sunt: „licet autem talia vitia non in omnibus sunt additamentis, tamen pauca haec ea sunt, ut etiam cetera maculis afficiant. An credis fingere licere interpolatorem ubique tam inscite atque inepte rem administrantem, ut nulla verba mendis libera inculcare potuerit? Si ergo pauca tantum ex iis, quae iam alia de causa suspecta nobis sunt, inconditae aut insipientis dictionis notas ducunt, haec non ex sanis sunt excusanda, sed ad illustrandam et pernoscendam naturam sanorum quae videntur adsciscenda". Omittuntur itaque in or. de Antid. et hanc ob causam spuria sunt habenda § 24 *οὕτως ὁμίλει* — § 25 finem, § 26 *καὶ νόμιζε* — *ἀτυχῆς* et § 28 *ἄκους τοὺς λόγους* — *λέγωσιν*. Pauca quaedam, quae in his Isocrate parum digna esse videntur, in commentariis adnotavi.

Rursus summo opere offendor iis, quae § 27 legimus: *ἀκριβεῖς ποιοῦ τὰς δοκιμασίας τῶν συνόντων, εἰδώς, ὅτι πάντες οἱ μή σοι πλησιάσαντες ὅμοιόν σε τοῖς χρωμένοις εἶναι νομιοῦσιν. τοιούτους ἐφίστη τοῖς πράγμασι τοῖς μὴ διὰ σοῦ γιγνομένοις, ὡς αὐτὸς τὰς αἰτίας ἕξων ὧν ἂν ἐκεῖνοι πράξωσιν.* Non enim tum demum, cum in amicorum numerum aliquos receperis (*τῶν συνόντων*), quaerendum est quales sint, sed antequam eas recipias, ut recte in iis, quae proxime praecedunt, monitum est: *φίλους κτῶ μὴ πάντας τοὺς βουλομένους ἀλλὰ τοὺς τῆς σῆς φύσεως ἀξίους ὄντας, μηδὲ μεθ' ὧν ἥδιστα συνδιατρίψεις, ἀλλὰ μεθ' ὧν ἄριστα τὴν πόλιν διοικήσεις.* Praeterea quosnam rex debeat *ἐφιστάναι τοῖς πράγμασι*, dictum est § 16: *σκοπῆς ὅπως οἱ βέλτιστοι τὰς τιμὰς ἕξουσιν.* Satis his superque ostendisse mihi videor verba *ἀκριβεῖς* — *πράξωσιν* interpolatori esse imputanda.

Transeamus itaque ad verba § 29: *μηδεμίαν συνουσίαν εἰκῇ προσδέχου μηδ' ἀλογίστως, ἀλλ' ἐπ' ἐκείναις ταῖς διατριβαῖς ἔθιζε*

---

1) L. l. p. 689.

σαυτὸν χαίρειν, ἐξ ὧν αὐτός τ' ἐπιδώσεις καὶ τοῖς ἄλλοις βελτίων εἶναι δόξεις, quorum priora, μηδεμίαν — ἀλλ', frustra in or. de Antid. quaeres. Atque iam Benselerus monuit vocabulum διατριβαῖς hoc loco in or. de Antid. significare studia, contra in ipsa Admonitione propter praecedens συνουσίαν flagitare significationem, quam nusquam habeat, sc. commercium cum aliquo. Quibus Brueckneriis impugnat dicens nihil impedire, quominus in Admonitione quoque διατριβαῖς interpretemur per studia; vocabulum enim συνουσία adhiberi etiam de consuetudine discipulorum cum magistris. Latuisse autem videtur virum doctissimum tunc tantum hac significatione usurpari συνουσία, ubi contextus omnem dubitationem excludat; quod non cadit in nostrum locum. Fac autem Brueckneri interpretationem vocabuli συνουσία probari posse, quis non videt male tunc procedere orationem? Exspectamus enim tale quid: ἀλλὰ ζήτει τοιούτους διδασκάλους, οἳ κτέ. Frustra igitur Brucknerus verba μηδεμίαν — ἀλλ' contra Benselerum defendere conatus est. Nec melius Blassio [1]) res cessisse mihi videtur, qui deleto ἀλλ' et puncto post ἀλογίστως posito omnem difficultatem se removisse credit. Nam cum iam § 27 praeceptum de amicis eligendis datum sit, summae suspicioni obnoxia esse debent verba μηδεμίαν — ἀλογίστως, quibus plane idem praecipitur.

In iis quae statim secuntur, primis dico § 30 verbis, monetur princeps, ut soli virtuti aliquid tribuat [2]), nôn ut Brucknerus putat, ut virtutis studio sibi quaerat gloriam; deinde in § 31 ne dissolute vivat, sed contra civibus sit bonorum morum exemplar. His de virtute colenda praeceptis interposita sunt duo enuntiata, quorum prius, quo princeps monetur, ut eas tantum laudes credat sinceras, quibus absens a civibus

---

1) Edit. Isocr. praef. p. XII.
2) Iahrins l. l. p. 50 sq.

ornatur, ideo est improbandum, quia ordinem turbat, alterum, quo principi praecipitur, non ut omnia humilia spernat, sed ut spernere videatur, ideo spurium est habendum, quia indignum est oratore [1]), qui § 29 egregium dedit monitum hoc: τοῦθ' ἡγοῦ βασιλικώτατον, ἂν μηδεμίᾳ δουλεύῃς τῶν ἡδονῶν, ἀλλὰ κρατῇς τῶν ἐπιθυμιῶν μᾶλλον ἢ τῶν πολιτῶν.

Venimus ad maximum additamentum, quod legitur inde a verbis § 32 τρύφα μὲν usque ad finem § 35, quo rursus ordo turbatur. Nam postquam paragraphi 32 initio orator monuit principem, ut praesertim bonam famam liberis relinquere studeat, § 36 adhortatur eum, ne quid eius gratia neglegat, ne mortis quidem periculum effugiat. His itaque tam arte inter se cohaerentibus interposita sunt de diversissimis rebus praecepta, quorum pars iam per se satis est suspecta. Et statim verba τρύφα — γνώμην ἔχωσιν, quae ad corporis habitum faciunt, male respondent iis, de quibus agere orator sibi proposuit § 6: καθ' ὅλων δὲ τῶν ἐπιτηδευμάτων ἐγὼ πειράσομαι διελθεῖν [2]). Et praeterea si multitudo splendidum corporis habitum tantum respiciens de rege fert iudicium, utrum regno sit dignus necne, quid tandem opus est adhortari regem, ut bene regnando huius multitudinis benevolentiam sibi conciliet (§ 16)? Paragrapho 33 monetur rex, ut caute semper et suo tempore dicat agatque. Paragrapho 34 agitur de urbanitate et gravitate. Atque hic rursus monendum est eum, qui dixit se scripturum esse καθ' ὅλων τῶν ἐπιτηδευμάτων, parum decere praeceptum de agendi ratione in conviviis. Denique verba § 35 docent principem, quo modo rerum peritiam sibi parare meliusque de futuro consilia capere possit. Haec itaque omnia Isocrati sunt abiudicanda, primo quia ordinem turbant, tum quia partim ab huius ad monitionis proposito abhorrent, deinde quia non-

---

1) Keilius Hermes 1884 p. 640.
2) Keilius Hermes 1884 p. 640 not. 2.

nulla in iis inveniuntur, quae parum apte dicta videntur; de quibus vide commentarium nostrum.

In omnibus iis de quibus adhuc disputavimus paragraphis libri orationis de Antidosi et Admonitionis ad Nicoclem eo tantum inter se differunt, quod in his leguntur nonnulla, quae in illis non inveniuntur. In praeceptorum autem fine Admonitionis libri non solum plura quaedam praebent, sed etiam alio ordine exhibent ea, quae in libris orationis de Antidosi quoque exstant. Legimus enim in Admonitionis § 39 haec: *Χρῶ τοῖς εἰρημένοις ἢ ζήτει βελτίω τούτων. σοφοὺς νόμιζε μὴ τοὺς ἀκριβῶς περὶ μικρῶν ἐρίζοντας ἀλλὰ τοὺς εὖ περὶ τῶν μεγάλων λέγοντας· μηδὲ τοὺς τοῖς μὲν ἄλλοις εὐδαιμονίαν ὑπισχνουμένοις, αὐτοὺς δ' ἐν πολλαῖς ἀπορίαις ὄντας, ἀλλὰ τοὺς μέτρια μὲν περὶ αὑτῶν λέγοντας, ὁμιλεῖν δὲ καὶ τοῖς πράγμασι καὶ τοῖς ἀνθρώποις δυναμένους, καὶ μὴ διαταραττομένους ἐν ταῖς τοῦ βίου μεταβολαῖς, ἀλλὰ καλῶς καὶ μετρίως καὶ τὰς συμφορὰς καὶ τὰς εὐτυχίας φέρειν ἐπισταμένους*; in or. de Antidosi autem: *σοφοὺς νόμιζε μὴ τοὺς ἀκριβῶς περὶ μικρῶν ἐρίζοντας ἀλλὰ τοὺς εὖ περὶ τῶν μεγάλων λέγοντας. Χρῶ τοῖς εἰρημένοις ἢ ζήτει βελτίω τούτων.* Ad hanc inter Admonitionem et or. de Antidosi discrepantiam explicandam Blassius [1]) haec profert: die Schilderung des wahren Weisen gibt vollständig (qualis invenitur in Admonitione ipsa) einen vortrefflichen Schluss und Uebergang, abgekürzt (in or. de Antid.) dagegen nicht; daher hat Isocrates nach der Abkürzung (in or. de Antid.) die schliessende Gnome ganz zuletzt gestellt. Hanc viri doctissimi disputationem equidem probare non possum [2]). Primo enim non est opus transitu ad sequentia (§ 40), quae cum praeceptis nihil habeant commune. Tum semper, nisi fallor „die schliessende Gnome", quo nomine rectissime vir doctissimus enuntiatum

1) Att. Bereds. II. p. 250.
2) Keilius l. l. p. 641 sq.

illud „χρῶ τοῖς εἰρημένοις ἢ ζήτει βελτίω τούτων" designat, in fine est collocandum. Hoc ut res ipsa clamat ita etiam luculenter ostendit Horatius, qui simili sententia claudit epistulam I 6:

Vive vale! Si quid novisti rectius istis
Candidus imperti, si non, his utere mecum.

Igitur in ipsa quoque Admonitione verba χρῶ — βελτίω τούτων in praeceptorum fine sunt collocanda. Inde mota sunt a librario nescio quo, qui paullulum genuinorum ordinem mutavit inserere cupiens verba μηδὲ — ἐπισταμένους [1]).

Plurimis igitur de causis non nisi ea praecepta Isocrati adiudicare licet, quae etiam in or. de Antidosi leguntur. Sed ne haec quidem omnia ab Isocrate scripta esse puto. Nondum enim mihi indagare contigit causam, cur orator, postquam inde a § 36 egit de gloria in bona regni administratione et proba vitae ratione quaerenda, in praeceptorum fine paucissimis verbis admonuerit principem, ut eos tantum pro sapientibus habeat, qui bene dicant de rebus magni momenti: σοφοὺς νόμιζε — λέγοντας. Quid sibi vult hoc unicum praeceptum de sapientibus viris? Nullo enim modo probare possum Iahrii [2]) de verbis quae proxime praecedunt opinionem, moneri sc. his Nicoclem, ut philosophiae studio det operam. Praeterea § 50 sqq. eadem fere recurrit de sapientibus viris sententia. Deinde semper mihi quam maxime mirum est visum codicem Γ in or. de Antid. § 73 haec praebere: (ἀνάγνωθι) μέχρι τοῦ — σοφοὺς νόμιζε μὴ τοὺς περὶ μικρῶν ἀκριβῶς ἐρίζοντας ἀλλὰ τοὺς εὖ περὶ τῶν μεγάλων λέγοντας. Χρῶ τοῖς εἰρημένοις ἢ ζήτει βελτίω τούτων. Duobus itaque enuntiatis finis indicatur partis praelegendae; ubi autem ex aliis orationibus nonnulla proferuntur, ut § 59 e Panegyrico, § 66 ex or. de Pace, § 194 ex ea, quae contra Sophistas est scripta, codicis librarius de

1) Iahrius l. l. p. 54 sq.
2) L. l.

initio et de fine praelegendorum certiores nos facit, exscripto uno tantum enuntiato aut parte enuntiati. Huius rei causam hanc esse credo, quod scriptor libri, unde Γ fluxit, cavere voluit, ne enuntiatum σοφοὺς — λέγοντας omitteretur, aut potius monere se sequi Admonitionis textum eum, qui illud enuntiatum in alio codice omissum continebat. Quod si ita est, iam iure quaeri licet, quomodo sit factum, ut scriptor ille tantum huic uni enuntiato tribuerit, quamvis nullo vinculo cum praecedentibus cohaereat. Credo eum exhibendo enuntiatum σοφοὺς — λέγοντας indicare voluisse se ea quoque Isocrati tribuere, quae in codice nescio quo enuntiatum hoc praecedebant, in alio autem itidem erant omissa. Sed mea quidem sententia haec Isocrati non sunt adiudicanda. Inde enim a § 32 usque ad § 37 orator adhortatur principem, ut boni regis gloriam prae omnibus aliis rebus sibi comparet, deinde adicit, quod est tamquam summum praeceptorum et in quod omnia quasi in fontem suum redeunt: ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις μέμνησο τῆς βασιλείας, καὶ φρόντιζ' ὅπως μηδὲν ἀνάξιον τῆς τιμῆς ταύτης πράξεις. Sed ecce rursus monetur princeps, ut virtutem colat, de qua iam supra actum est, et quidem § 29—32 quod ad vitam privatam, § 32—37 quod ad vitam publicam attinet. Hinc mihi suspicio est orta etiam verba § 37 μὴ περιίδῃς — § 39 τῶν μεγάλων λέγοντας esse interpolata iam antequam illa, de quibus supra vidimus erant inserta. Dico tamen cum Isocrate: χρῶ τοῖς εἰρημένοις ἢ ζήτει βελτίω τούτων.

Omnibus itaque quae in or. de Antid. omissa sunt eiectis praeceptorum ordo fit optimus et quidem talis, ut hoc Keilio [1]) maximum videatur argumentum, cur illa Isocrati sint abiudicanda. In iis enim, quae relinquuntur, eae proponuntur virtutes, quae apud Socraticos habebantur summae. Totius au-

1) Hermes 1888 p. 352 sqq. Hoc loco vir doctissimus etiam ostendere conatur interpolationes, quae in Admon. inveniuntur, fluxisse ex Arist. Polit. 1313b sqq.

tem Admonitionis dispositionem, qualem Keilius [1]) proposuit quamque ego plane approbo, hic apponam.

§ 1—14. Exordium.

a. § 1—2 διοικοίης. Quale donum sit regibus ferendum.

b. § 2 τοὺς μὲν γὰρ—8. Principibus opus est recta institutione inque omnibus regni negotiis bonis consiliatoribus.

c. § 9—14. Quid a bono principe exspectetur. Hoc ut praestare possit, virorum sapientum doctrina imbui debet.

§ 15—39. Praecepta.

α. § 15—18. De iustitia (δικαιοσύνη).

β. § 20 usque ad θεῶν ἀγαθὸν, § 22 usque ad ὅρκους, § 24 usque ad πλεονεκτεῖν, § 26 usque ad χρησαμένους, § 27 usque ad διοικήσει, § 28 usque ad χρηστῶν ἔχωσιν et § 29 usque ad ἐξαμαρτάνοντας. De prudentia et pietate (σοφία, εὐσέβεια).

γ. § 29 ἄρχε σαυτοῦ — πολιτῶν, deinde ἐπ' ἐκείναις — δόξεις, § 30 usque ad μέτεστιν, § 31 et 32 usque ad κτήσασθαι. De continentia (σωφροσύνη).

δ. § 36—39, omissis non nisi § 39 σοφοὺς — ἐπισταμένους, aut etiam § 37 μὴ περιίδῃς, tota paragrapho 38 et § 39 praeter verba χρῶ — βελτίω τούτων. De animi fortitudine (ἀνδρεία).

§ 40—54. Epilogus.

a. § 40—49. Commendantur sapientum virorum scripta suasoria. Cf. § 9—14.

b. § 50—53. Quinam sint habendi boni consiliatores. Cf. § 2—8.

c. § 54. De huiusmodi doni praestantia. Cf. § 1—2 διοικοίης.

---

1) L. l. p. 364. sq.

CAPUT TERTIUM.

DE CODICIBUS ADMONITIONIS AD NICOCLEM.

Admonitio ad Nicoclem in plurimis libris manu scriptis, qui Isocratis opera nobis servaverunt, invenitur. Continent eam Urbinas 111, Ambrosianus O 244, Vaticanus 936, Vaticanus 65, Parisinus 2932 aliique deterioris notae codices. Horum omnium optimus est

Γ = Urbinas 111, membranaceus, saec. X exaratus, nunc in bibliotheca Vaticana servatus. Hunc, cuius praestantiam Bekkerus primus agnovit interque alios Sauppius summis extulit laudibus, post Bekkerum alii in aliis orationibus denuo contulerunt. Cf. Blass. Praef. Edit. Isocr. p. V. Denique Buermannus, qui in librorum Isocrateorum inter se rationem inquisivit, Urbinatis copias summa cum diligentia excussit. Quantos fructus huius magni laboris nobis exspectare liceat, cognosces inspectis duabus commentationibus, quas vir doctissimus in lucem emisit quarumque est titulus: Die Handschriftliche Ueberlieferung des Isocrates, Berlin 1885 et 1886. Vehementer itaque doleo, quod vir doctissimus editionem Isocrateam, in qua integram Urbinatis collationem publici iuris est facturus, nondum absolvit, magisque dolerem, nisi praesto mihi fuisset accurata Urbinatis collatio, quam vir clarissimus T. Halbertsma, Professor Groninganus anno 1859 fecit

summaque cum benevolentia in meum usum concessit. In hac collatione Vir Clarissimus, ut mihi per litteras significavit, inter se distinxit tres manus: primam manum, eius qui librum exaravit (1 man.); manum antiquam, antiqui correctoris, quae saepe non dignosci potest a prima manu (ant. man.); manus recentes, quas inter se distinguere non erat operae pretium (rec. man.) Quantacumque autem huius codicis est auctoritas, tamen hunc quoque sua vitia habere docent Blassius l. l. p. VI sq. et volum. alter. p. V sq. et Bockius in Dissertatione de Isocratis Urbinatis auctoritate, Brunsvigae 1883.

Cum Urbinate sunt cognati, aut potius Buermanno teste ex eo descenderunt Ambrosianus et Vaticanus 936.

E = Ambrosianus O 244, bombycinus, saec. XIV ut Mustoxydi videtur conscriptus. Huius codicis qui „plerumque Urbinatis lectiones confirmat, in nonnullis cum Vulgata consentit, nonnunquam solus sincera Isocratis verba servavit" (Bait. Praef. Panegyr, Lipsiae 1831, p. VI), novam collationem Admonitionis ad Nicoclem vir clarissimus A. Cinquini, professor Mediolanensis, benevolentissime in meum usum confecit.

Δ = Vaticanus 936, bombycinus.

Multum ab his differunt libri reliqui, quos Buermannus „die Handschriften der Vulgata" appellat, id est textus editionis a Corae paratae, qui nonnisi huius generis codicibus usus est. Omnes huius classis libri mss., saepissime gravissimis vitiis interpolationibus et contaminationibus foedati, a Buermanno in tria dividuntur genera quorum principes sunt

Λ = Vaticanus 65, membranaceus, anno 1063 exaratus, quo Coraes est usus, deinde in nonnullis orationibus Bekkerus.

Θ = Laurentianus Plut. 87 cod. 14, bombycinus, saec. XIII

conscriptus. Admonitionem ad Nicoclem non continet sed in eo invenitur or. de Antidosi, in qua Mustoxydes hunc codicem contulit.

Π = Parisinus 2932, chartaceus, saec. XIII conscriptus.

Accedunt his

Vict. = Lectionum varietas in exemplari suo editionis Aldinae margine adnotata a P. Victorio, quam exhibet Baiter. Praef. Panegyr. p. XII, deinde

M = Papyrus Massiliensis, qui saeculo quarto aut quinto conscriptus, fortasse a iuvene exercitandi gratia, sine accentibus, continet Admonitionis ad Nicoclem § 1—30. Inventus est in Aegypto et nunc servatur in Museo archeologico civitatis Massiliensis in Suburbano Borely. Huius papyri lectiones omnes, quantum quidem adhuc legi potuerunt, exscripsi, non quod inde ad Isocratem emendandum multum proficiamus, sed quia inde optime elucet, quantopere iam tunc temporis oratoris verba essent in quibusdam exemplaribus mendis gravissimis conspurcata. Lectiones autem conquisivi e tractatibus, quos de hoc papyro, quem vir doctissimus Schoenius primus publici iuris fecit in „Melanges Graux" p. 481—504 (Paris 1884), conscripserunt Keilius in Hermes 1884 [1]) p. 596 sqq. et 1888 p. 346 sqq, et Blassius in Fleck. Jahrb. 1884 [1]) p. 411 sqq.

Ceterorum codicum praeter Γ et E lectiones petivi praesertim ex editione Blassiana, nonnullas e Dobsoniana (Oratores Attici, tomus tertius, Londini 1828). Veterum scriptorum testimonia nonnisi ea adnotavi, quae Blassius exhibet, praeter tria aut quatuor, quae hausi e Keilii Analectis Isocrateis, ubi permagna eorum multitudo invenitur.

---

1) Recensuit Albrecht. in Jahresber. des Philol. Vereins 1885 p. 73 sqq.

Ceterum moneo textum exhibere lectiones primae manus codicis Γ, exceptis iis vocabulis, quae litteris diductis impressa sunt; hoc autem modo ea indicavi, quae in cod. Γ ab alia manu sunt profecta aut quae e coniectura sive ex aliis codicibus in textum recepi. Vocabula in codice Γ a prima manu omissa, sed ab alia manu aut in aliis codicibus bene addita, uncis rotundis inclusi; ea quae in libris omnibus sunt omissa et e coniectura addita, circumdedi uncinis huius formae < >. Contra quae spuria esse videntur, ea uncinis quadratis seclusi. Locos corruptos necdum sanatos asterisco notavi. Praeter sigla, quae iam supra enumeravi, usus sum his:

v. = Vulgata.
Is. = Isocratis libri omnes.
Is$^{\alpha}$ = Or. de Antidosi libri.
E$^{\alpha}$ = Or. de Antidosi Ambrosianus. Simili modo reliquos libros orationis de Antid. indicavi, qua in re Keilium sum secutus, qui tamen pro v. adhibuit ς cum Bekkero.

ΠΡΟΣ ΝΙΚΟΚΛΕΑ.

---

1 (α'.) Οἱ μὲν εἰωθότες, ὦ Νικόκλεις, τοῖς βασιλεῦσιν ὑμῖν ἐσθῆτας ἄγειν ἢ χαλκὸν ἢ χρυσὸν εἰργασμένον ἢ τῶν ἄλλων τι τῶν τοιούτων κτημάτων, ὧν αὐτοὶ μὲν ἐνδεεῖς εἰσὶν, ὑμεῖς δὲ πλουτεῖτε, λίαν ἔδοξαν εἶναί μοι καταφανεῖς οὐ δόσιν ἀλλ' ἐμπορίαν ποιούμενοι καὶ πολὺ τεχνικώτερον [αὐτὰ] πωλοῦντες τῶν ὁμολο-

Inscr. ΠΡΟΣ ΝΙΚΟΚΛΕΑ Γ Ε: *πρὸς Νικοκλέα περὶ βασιλείας* Λ: *πρὸς Νικοκλέα περὶ τοῦ βασιλεύειν ἢ περὶ βασιλείας* v: in M legitur *Ισοκρατους παρεν[αι]σεων* BB. (Keilius, Hermes 1884 p. 596, putat olim in corpore orationum Isocratearum admonitiones secundum (B) tenuisse locum et inter ipsas admonitiones eam, quae ad Nicoclem scripta est, iam tunc altero (B) loco exstitisse).

1. *ὑμῖν τοῖς βασιλεῦσιν* M v. — 2. *ἢ τῶν ἄλλων*] *ἢ ἄλλο* M v. — 3. *κτημάτων* ΓΕΜ: : *χρημάτων* ΠΛ. — 5. *αὐτὰ πωλοῦντες* Is. Blass. ed.: *αὐτοπωλοῦντες* Naber.: [*αὐτὰ*] *πωλοῦντες* scripsi.

§ 1. Τοῖς *βασιλεῦσιν ὑμῖν*. Haec verborum collocatio ut est magis quaesita quam altera *ὑμῖν τοῖς βασιλεῦσιν*, ita notionem potestatis, quae inest vocabulo *βασιλεῦσιν*, magis extollit. Regibus potissimum dona illa offerunt, quia ab his maxima praemia licet exspectare.

ἄγειν. Videtur hoc verbum nos monere, esse sermonem de peregrinis, qui reges, aulas suas rebus pretiosissimis exornare cupientes, cum donis adeunt. Cf. [§ 22] et § 54.

ἐσθῆτας κτέ. Haec dona coniuncta iam inveniuntur apud Hom. v. g. Od. 5. 68, ubi Phaeaces *χαλκόν τε χρυσόν τε ἅλις ἐσθῆτά τε δόντες* Ulixem domum ducere dicuntur. Ceterum *ἐσθῆτας* intellege praesertim *ταπῆτας*. Vocabulum autem *χαλκόν*, dictum pro eo, quod est ex aere factum, iam apud Hom. passim invenitur v. g. Il. 2. 338. Deinde *χρυσὸν εἰργασμένον* est idem, quod apud Vergil. Aen. 10. 528 dicitur aurum factum.

ἢ τῶν ἄλλων τι τῶν τοιούτων κτημάτων. Lectio altera *ἢ ἄλλο τι κτέ* propter hiatum ferri non potest. De coniunctione duorum adiectivorum cum substantivo cf. Schneider. ad Euag. 61 qui tamen, errore credo, nostrum locum adnumerat iis, ubi *τῶν ἄλλων* est substantivum.

κτημάτων. Librarii hoc loco et 15. 124, ut solent, *χρήματα* et *κτήματα* inter se confuderunt. Nostro autem loco *κτήματα* genuinum est, quod in hoc vocabulo notio rei pretiosae magis inest quam in *χρήματα*.

λίαν. Hiatus evitandi causa (de quo cf. Blass. Att. Bereds. II 130 sqq., Schwab., de dicendi genere Isocrateo dissertatio, Halis Saxonum 1883) seiunctum est a *καταφανεῖς*. Hiatus, qui in hac admonitione occurrunt aut interpunctione (§ 38) aut vocabulo *ὅτι* (§ 28, 35) aut praepositione *περί* (§ 6, 11, 18, 28 ter) excusantur.

αὐτὰ πωλοῦντες. Clar. Naberus, qui hunc locum tractat Mnem. 1879 p. 50, offendit primo in *αὐτά*, quod incommode ei adhaerere videtur, deinde in eo quod neque aurea suppellex in caupona prostat nec *χαλκὸν ἢ χρυσὸν εἰργασμένον πωλοῦσιν οἱ κάπηλοι*, quodque sibi animadvertisse videtur vitium tollere studet legendo *αὐτοπωλοῦντες*. Assentior viro clarissimo *αὐτά* hoc loco non esse ferendum, sed minus placent quae idem disputavit de loci emendatione. Verbum enim *αὐτοπωλεῖν* nusquam invenitur; deinde, si quis hoc non urgendum esse censeat, hoc verbum, ut e vocabulo *αὐτοπώλης* patet, propter significationem hoc loco ferri non potest. Significaret enim vendere sua ipsius

γούντων καπηλεύειν· ἡγησάμην δ' ἂν γενέσθαι ταύτην καλλίστην 2 δωρεὰν καὶ χρησιμωτάτην καὶ μάλιστα πρέπουσαν ἐμοί τε δοῦναι καὶ σοὶ λαβεῖν, εἰ δυνηθείην ὁρίσαι, ποίων [ἐπιτηδευμάτων] ὀρεγόμενος καὶ τίνων ἀπεχόμενος ἄριστ' ἂν καὶ τὴν πόλιν καὶ τὴν βασιλείαν διοικοίης.

Τοὺς μὲν γὰρ ἰδιώτας ἐστὶν πολλὰ τὰ παιδεύοντα, μάλιστα μὲν

1. ἡγησάμην δ' ἂν ΓΕΛΜ: ἐγὼ δ' ἡγησάμην ἂν ταύτην Γ 1 man. in mg. Λ corr. 2: ἐγὼ δ' ἡγησάμην ἂν Ε mg.: ἐγὼ δ' ἡγησαίμην ἂν v. — γενέσθαι ταύτην καλλίστην] ταυτην γενεσθαι καλλιστην Μ: ταύτην καλλίστην γενέσθαι v. — 2. χρησιμοτατην Μ. — 3. ἐπιτηδευμάτων cum Blassio adnot. crit. Praef. Edit. Isocr. p. X uncis inclusi. — 4. τίνων] τίνων ἔργων Μ v.: τίνων [ἔργων] Blass. ed. — 5. διοικοίης v: διοικῆς Γ Μ: διοικῆς Ε, superscr. ab alia manu ει vel οι. — 6. ἐστὶν Γ: ἐστὶ Ε v. — πολλα εστιν Μ. — μάλιστα Γ Ε et ut videtur Μ: καὶ μάλιστα v. Stob. 49. 25.

opera, quod ab hoc loco est alienum. Equidem credo locum esse sanandum eiciendo αὐτά idque adscriptum esse a nescio quo, ut πωλοῦντες obiecto non careret.

§ 2. ἡγησάμην δ'. Facile patet unde profecta sit varia lectio ἐγὼ δ' ἡγησάμην, sc. e praecedente οἱ μέν, cui putabat interpolator nescio quis respondere debere ἐγὼ δέ. Et sane exspectes aliquid in hunc modum: ἐγὼ δέ σοι φέρω κτέ., sed paullum immutavit Isocrates orationem et quasi praecedentis οἱ μέν oblitus, opinionem suam de dono idoneo opponit toti quae praecedit sententiae, non opinioni eorum, qui solita illa offerunt dona. In collocandis verbis sequentibus fluctuant libri, nec facile quis dixerit, quem locum ipse Isocrates cuique dederit; tutissimum erit igitur sequi Urbinatem. Ceterum ne quis putet ταύτην esse interpolatum cf. § 29, 7.16, 19.4, quos locos debeo Albrechtio (Jahresber. des Philol. Vereins 1885 p. 74).

ποίων ἐπιτηδευμάτων — καὶ τίνων ὀρεγ. Haec optimorum librorum lectio praeferenda est lectioni reliquorum, in quibus post τίνων additur ἔργων, quod vocabulum inanis est repetitio eiusdem notionis, quae est in ἐπιτηδευμάτων. Blassio autem conferenti hanc sententiam cum ea, quae legitur 8. 62 συμβουλεύων τίνων ἀπεχόμενοι καὶ ποίων ὀρεγόμενοι παυσαίμεθ' ἂν — ἐξαμαρτάνοντες, non sine causa exorta est suspicio, nostro loco uncis esse includendum ἐπιτηδευμάτων, quod nemo hic desiderabit membrorumque tollit aequabilitatem. Hoc igitur loco interpolatio traxisse videtur interpolationem vocabuli ἔργων in codd. v.

τοὺς μὲν γὰρ ἰδιώτας. Haec verba cum vi in sententiae initio posita opponuntur verbis τοῖς δὲ τυράννοις § 4.

ἐστὶν πολλὰ τὰ παιδεύοντα. Ornatius et maiore cum gravitate hoc dictum est pro πολλὰ παιδεύει. Multa huius usus exempla collegit Rehdantz. Demosth. Ind.[2] Confer Büchsenschutz. ad Xenoph. Hell. IV 8. 4. — Quod attinet ad codicis Γ scripturam ἐστίν, ex inquisitione quam I. I. Maassen (cf. Meisterhans, Grammatik der Att. Inschriften, Berlin 1888, p. 88 sq.) fecit in usum litterae paragogicae, quatenus hunc ex inscriptionibus cognoscere licet, apparet Athenienses ante annum 403 a. C. hanc litteram non tam saepe addidisse quam omisisse, post 403 multo saepius addidisse denique post 336 raro omisisse. Praeterea inde apparet hanc litteram fere tam saepe ante consonas, quam ante vocales esse additam. Hinc Keilius, qui (Anal. Isocr. p. 113 sqq.) in huius litterae usum apud tragicos quoque et comicos inquisivit, concludit Athenienses in sermonis tenore pro libitu et magis sentientes aptum litterae usum quam scientes modo addidisse ν modo omisisse; quae progrediente tempore in hominum delicias adeo abiit, ut rarissime non poneretur. Igitur in recensendis Isocratis orationibus tutissimum erit Urbinatem codicem sequi, nisi quod ante vocales semper littera ν est addenda, ne fiat hiatus et, Keilio iudice, in enuntiati membrorum fine, primo quia ibi ab Urbinate mira quadam constantia exhibetur, secundo quia saepe paromoeosis suadet, ut eam recipiamus.

μάλιστα μέν. Utrum haec codicis Γ

τὸ μὴ τρυφᾶν ἀλλ' ἀναγκάζεσθαι περὶ τοῦ βίου καθ' ἑκάστην
3 βουλεύεσθαι τὴν ἡμέραν, ἔπειθ' οἱ νόμοι, καθ' οὓς ἕκαστοι πολιτευόμενοι τυγχάνουσιν, ἔτι δ' ἡ παρρησία καὶ τὸ φανερῶς ἐξεῖναι τοῖς τε φίλοις ἐπιπλῆξαι καὶ τοῖς ἐχθροῖς ἐπιθέσθαι ταῖς ἀλλήλων ἁμαρτίαις· πρὸς δὲ τούτοις καὶ τῶν ποιητῶν τινὲς τῶν προγεγενημένων ὑποθήκας ὡς χρὴ ζῆν καταλελοίπασιν· ὥστ' ἐξ
4 ἁπάντων τούτων εἰκὸς αὐτοὺς βελτίους γίγνεσθαι, τοῖς δὲ τυράννοις

1. ἀλλὰ Γ sed a posterior erasa est a rec. man. ut videtur. — καθ' ἑκάστην τὴν
ἀγωνίζεσθαι
ἡμέραν βουλεύεσθαι Γ: καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν βουλεύεσθαι E: καθ' ἑκάστην ἀγωνίζεσθαι τὴν ἡμέραν v.: καθ' ἑκάστην βουλεύεσθαι τὴν ἡμέραν Stob. 49, 25: καθ εκαστην την ημεραν M. — 4. ἐπιθέσθαι] επιτιθεσ[θαι] M. — 5. καὶ τῶν ποιητῶν τινὲς Γ E M: τινὲς καὶ τῶν ποιητῶν v. —

lectio sit sequenda an καὶ μάλιστα μέν, quam codd. v. et Stob. praebent, vix pro certo dici potest. Nam omnes libri exhibent καὶ μάλιστα μὲν 5. 75: (οἱ Φίλιππον διαβάλλοντες).... ταχέως ἅπαντα τῷ λόγῳ καταστρεφόμενοι πολλοὺς πείθουσι, καὶ μάλιστα μὲν τοὺς τῶν αὐτῶν κακῶν ἐπιθυμοῦντας, ἔπειτα καὶ τούς..... ἔτι δὲ τοὺς κτέ. In censum hic non veniunt 2. 17. 52, 4. 91. 175, 5. 113. 119, 9. 80, 6. 41, 10. 31. Si de epistolarum auctore constaret, afferri liceret 6. 2, ubi ab omnibus libris καί omittitur. Cf. Keil. Anal. Isocrat. p. 27 not. 1. Cum res itaque dubia sit, tutissimum est optimum cod. Γ sequi.

καθ' ἑκάστην βουλ. τὴν ἡμ. Rectam verborum collocationem nobis servaverunt Stob. et codd. v., sed hi male exhibent ἀγωνίζεσθαι, inde fortasse ortum, quod nescio quis ex § 11, ubi de praemiis certaminum sermo est, hoc verbum adscripsit.

§ 3. πολιτευόμενοι τυγχάνουσιν. Hoc non dictum puto pro simplice πολιτεύονται, sed τυγχάνουσιν hoc loco suam tuetur significationem et indicat non semper easdem in eadem civitate vigere leges.

καὶ τὸ φανερῶς κτέ. Dicendi libertate in vitiis reprehendendis ut amici utuntur, ut nos admoneant, ita inimici ut nos laedant. De verbo ἐπιπλῆξαι cf. 12. 171 τοὺς ἐπιπλήττοντας τοῖς ἁμαρτανομένοις καὶ νουθετοῦντας et 15. 65; de ἐπιθέσθαι autem, quo Isocrates ea, quam supra apposui, significatione nusquam praeterea est usus, confer Demosth. 23. 70 οὐκ ἐπέθεντο τοῖς ἀτυχήμασιν ἀλλ' ἀνθρωπίνως ἐπεκούφισαν. De bellico impetu legitur apud Isocr. 12. 57 ἁπάντων αὐτῇ (Athenis) καὶ τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν βαρβάρων ἐπιθεμένων.

τῶν ποιητῶν τινὲς τῶν προγεγενημένων. Hoc est Hesiodi, Theognidis et Phocylidis, cf. § 42 sqq., quos vocant gnomicos et in quos meliore fuit animo Isocrates quam in reliquos poetas. Cf. Blass. Att. Bereds. II p. 44. Keil. l. l. p. 2 sqq.

ἐξ ἁπάντων. Locos Isocrateos, ubi ἐκ causam designat, nuper collegit M. Koch. Programm des Lessing. Gymn. zu Berlin. 1889.

§ 4. τοῖς δὲ τυράννοις — διατελοῦσιν. Keilius qui l. l. p. 27, 86 et 126 de hoc loco agit, contendit Stob. A esse sequendum, quod τύραννοι hoc loco sint „in purpura nati"; vult itaque: τοῖς δε τυράννοις οὐδὲν ὑπάρχει τοιοῦτον, οὓς ἔδει παιδεύεσθαι μᾶλλον τῶν ἄλλων· ἐπειδὰν δ' εἰς κτέ., sed in sequentibus cum cod. Γ καταστῶσιν. At primo in praecedentibus non de puerorum educatione et institutione sermo erat, sed de adultorum vitae moderatione; privatis autem adultis non bene opponuntur regum liberi. Deinde nemo facile dixerit regum liberis nihil praesto esse eorum, quibus homines privati admonentur semper et impelluntur, ut vitae rectam teneant viam. Si autem τύραννοι significat reges ipsos, non filios regios, illud δέ post ἐπειδάν stare non posse, luce est clarius. Idem Keilius cum codd. v. et Stob. v. μᾶλλον ponendum esse putat ante ἔδει sed causam idoneam non affert; quod attinet ad sedem, quam h. l. tenet μᾶλλον cf. 15.71 ἐπιτιμῶ ταῖς μοναρχίαις ὅτι δέον αὐτοὺς τὴν φρόνησιν ἀσκεῖν μᾶλλον τῶν ἄλλων, χεῖρον παιδεύονται τῶν ἰδιωτῶν. Praeterea in verborum collocatione hoc loco non multum esse tribuendum his codi-

οὐδὲν ὑπάρχει τοιοῦτον, ἀλλ' οὓς ἔδει παιδεύεσθαι μᾶλλον τῶν ἄλλων, ἐπειδὰν εἰς τὴν ἀρχὴν καταστῶσιν, ἀνουθέτητοι διατελοῦσιν· οἱ μὲν γὰρ πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων αὐτοῖς οὐ πλησιάζουσιν, οἱ δὲ συνόντες πρὸς χάριν ὁμιλοῦσιν. καὶ γάρ τοι κύριοι γιγνόμενοι καὶ χρημάτων πλείστων καὶ πραγμάτων μεγίστων, διὰ τὸ μὴ καλῶς χρῆσθαι ταύταις ταῖς ἀφορμαῖς πεποιήκασιν ὥστε πολλοὺς ἀμφισβητεῖν, πότερόν ἐστιν ἄξιον ἑλέσθαι τὸν βίον τὸν τῶν ἰδιωτευόντων μέν, ἐπιεικῶς δὲ πραττόντων, ἢ τὸν τῶν τυραννευόντων. ὅταν μὲν γὰρ ἀποβλέψωσιν εἰς τὰς τιμὰς καὶ τοὺς 5
πλούτους καὶ τὰς δυναστείας, ἰσοθέους ἅπαντες νομίζουσι

1. *ἀλλ' οὓς ἔδει παιδεύεσθαι μᾶλλον τῶν ἄλλων* Γ Ε Λ: *ἀλλ' οὓς μᾶλλον ἔδει τῶν ἄλλων παιδεύεσθαι* v. Stob. v.: [*ους*] *εδει* [*παιδευεσθαι*] *μαλλον των αλλων* M: *οὓς ἔδει παιδεύεσθαι μᾶλλον τῶν ἄλλων* Stob. Cod. A. — 2. *ἐπειδὰν εἰς*] *ἐπειδὰν δ' εἰς* M Stob. Cod. A. — *κατασταθῶσιν* M v. Stob. — 3. *οἱ μέν γε* M Stob. A. — *οὐ πλησιάζουσιν αὐτοῖς* Γ Ε Stob. A: *αὐτοῖς οὐ πλησιάζουσιν* v.: *αυ*[*τοις ουχ*?] *ομιλουσιν* M. — 6. *καλως αυ*[*τους χρησθαι*] M. — 7. *τους πολλους* M. — *ποτερον αξιον εστιν βιον τον* [*βι*]*ον τον* M. — 8. *μὲν* om. M. — *ἢ τὸν* Γ v.: *ἢ* Ε Μ sed in Μ *ἢ* est evanida. — *πραττωντων* M. — 9. *μὲν γὰρ*] *μεν* M. — *ἀποβλέψωσι πρὸς τοὺς τὰς .... δυναστείας ἔχοντας* Γ Ε: *ἀποβλέψωσιν εἰς τὰς .... δυναστείας* mg. Γ 1 man. v.: *αποβλεψουσιν τας .... δυναστειας* M. — 10. *ἰσοθέους* om. M. — *ἅπαντες* Γ Ε Λ Μ: *ἅπαντες* [...]

cibus inde patet, quod *παιδεύεσθαι* cum sequente *ἐπειδάν* efficit hiatum. Deinde idem vir doctissimus dicit *πεπαιδεῦσθαι* esse legendum pro *παιδεύεσθαι*, si Stobaei A lectionem non recipimus. Sed hoc quoque nego; nam sermo est de regum institutione, non antequam regnum acceperunt, sed cum iam regnare coeperunt.

παιδεύεσθαι. Hoc loco sensu latissimo est intellegendum; cf. § 8, ubi *παιδεύειν* respondet *τῷ ἐπ' ἀρετὴν προτρέψειν*.

αὐτοῖς οὐ πλησιάζουσιν. Melior est verborum collocatio haec, quam codd. v. praebent, quam altera *οὐ πλησιάζουσιν αὐτοῖς*; nam Isocrates amat homoeoteleuton.

καὶ γάρ τοι. Proprie significat e t e n i m p r o f e c t o, cui mente aliquid est supplendum, ut hoc loco: ex iis quae sequuntur maxime patet, haec ita esse. Belgice verte: v a n d a a r d a n. Haec autem particularum copulatio apud Isocratem frequentius occurrit quam ea, quae idem fere significat, *τοιγάρτοι*. Confer Herm. ad Vig. p. 531, Schneid. ad Isocr. 7. 30, Rehd. Ind.[2] Demosth. s. v., Baumlein Gr. Partik. p. 235.

πολλούς. Papyri Mass. lectio *τοὺς πολλούς*, i. e. multitudinem s. plebem, est improbanda. Cum enim sequatur *ἐπειδὰν δ' ἐνθυμηθῶσιν*, quod non bene quadrat cum multitudinis indole, cumque multitudo divitiis et potentiae invidere soleat, patet lectionem *πολλούς* sine articulo unice esse veram.

πότερόν ἐστιν ἄξιον. In pap. Mass. pro *ἐστιν ἄξιον* legitur *ἄξιόν ἐστιν* et hoc commovit Blassium ut (Fleck. Jahrb. 1884, p. 428) *ἐστιν* expungendum esse statueret. Sed quamvis sine sententiae damno abesse possit ut v. g. 4. 115, tamen non tanta est Massiliensis auctoritas, ut cum hic aliter vocabula collocet, statim de interpolatione cogitandum sit.

§ 5. *εἰς τὰς τιμὰς — δυναστείας*. Hic sine dubio sequi debemus variam lectionem, quam prima manus in margine cod. Γ appinxit, *εἰς τὰς τιμὰς κτἑ.*; nam cum paullo post legamus *ἐνθυμηθῶσιν τοὺς φόβους καὶ τοὺς κινδύνους*, aequabilitas sententiae postulat, ut in priore huius parte legamus *εἰς τὰς τιμὰς καὶ τοὺς πλούτους καὶ τὰς δυναστείας*, non vero *πρὸς τοὺς τὰς τιμὰς κτἑ .... ἔχοντας*. Quod in ipso textu cod. Γ legitur, fluxisse videtur e § 18 *καὶ τοὺς τὰς δυναστείας ἔχοντας*.

πλουτοὺς καὶ δυναστείας. Isocrates prae aliis amat pluralem substantivorum abstractorum, quo de usu vide Bensel. ad Areop. p. 106 sqq., Bremi. Isocr. Orationes, Excurs. VII, Gehlert. de elocutione Isocratis, Lipsiae 1874.

ἅπαντες. Haec optimorum codicum lectio

τοὺς ἐν ταῖς μοναρχίαις ὄντας· ἐπειδὰν δ' ἐνθυμηθῶσιν τοὺς φόβους καὶ τοὺς κινδύνους, καὶ διεξιόντες ὁρῶσιν τοὺς μὲν ὑφ' ὧν ἥκιστα χρῆν διεφθαρμένους, τοὺς δ' εἰς τοὺς οἰκειοτάτους ἐξαμαρτεῖν ἠναγκασμένους, τοῖς δ' ἀμφότερα ταῦτα συμβεβηκότα, πάλιν ὁπωσοῦν ζῆν ἡγοῦνται λυσιτελεῖν μᾶλλον ἢ μετὰ τοιούτων συμ-
6 *φορῶν ἁπάσης τῆς Ἀσίας βασιλεύειν. ταύτης δὲ τῆς ἀνωμαλίας καὶ τῆς ταραχῆς αἴτιόν ἐστιν, ὅτι τὴν βασιλείαν ὥσπερ ἱερωσύνην παντὸς ἀνδρὸς εἶναι νομίζουσιν, ὃ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων μέγιστόν ἐστι καὶ πλείστης προνοίας δεόμενον.* (*β'.*) *Καθ' ἑκάστην μὲν οὖν τὴν πρᾶξιν, ἐξ ὧν ἄν τις μάλιστα δύναιτο κατὰ τρόπον διοικεῖν καὶ τὰ μὲν ἀγαθὰ διαφυλάττειν, τὰς δὲ συμφορὰς δια-*

τας v. — 1. *ἐπειδὰν δὲ* Γ. — *ἐνθυμηθῶσιν* Γ.: *ἐνθυμηθῶσι* E v. — 2. *ὁρῶσιν* Γ E sed hic sine *ν*: *εὕρωσι* v. — *ὑφ'*] *ἐφ'* Vict. — 3. *ἥκιστα χρῆν* Γ: *ἥκιστα ἐχρῆν* E: *ἥκιστ' ἐχρῆν* Cob. — 7. *ιεροσουνην* M. — 10. *τὴν πρᾶξιν*] *πρᾶξιν* M v.

ideo mihi praeferenda videtur, quia in enuntiati sequentis apodosi non dicitur nonnullorum regum vitam postponendam videri privatorum sorti, sed in universum regiam conditionem; illud autem exspectaremus, si cum codd. v. legeretur *ἅπαντας*. Praeterea lectio *ἅπαντες* bene indicat omnium hominum in hac opinione consensum, qui deinde infringitur, ubi secum reputant multorum regum infortunia.

ὁρῶσιν. Ex addito *διεξιόντες* apparet lectionem codd. v. *εὕρωσι* falsam esse; nam ea, quae nondum invenimus aut quae nobis sunt ignota, non mente perlustramus, sed potius quaerimus; itaque si quis putet *εὕρωσι* esse scribendum, hic pro *διεξιόντες* legere debet *ζητοῦντες*. Lectio autem codd. v. mihi inde orta esse videtur, quod nescio quis propter praecedens *ἐνθυμηθῶσιν* hic quoque flagitavit Aor. conjunctivum.

ὁπωσοῦν. Id est: vel in extrema paupertate. E contextu enim adverbium *ὁπωσοῦν*, quod significat quacumque ratione, specialem accipit notionem. Sic 5. 7 de pace facta, significat pessimis conditionibus. Sed 12. 2 *οὐδ' ὁπωσοῦν* valet nulla ex parte, quod saepius audit *οὐδ' ὁπωστιοῦν*. Schneid. ad 5. 7.

ἁπάσης. Isocrates adamavit nomina propria ut Ἑλλάς, Ἕλληνες, Πελοπόννησος cum formis adiectivi *ἅπας*, non *πᾶς*, nectere. Cf. Bock. l.l.

§ 6. *ταύτης δὲ τῆς — ταραχῆς*. Haec vocabula quid significent, e praecedentibus apparet. „Multi homines" ut ait Isocrates, „dubitant utrorum conditio sit praeferenda, regum an privatorum hominum. Cum enim illorum honores, divitias, potestatem spectant, quasi deos suspiciunt eos, cum vero omnia secum reputant mala, quibus saepe regum vitam obrutam vident, longe praestantiorem ducunt sortem etiam pauperrimorum". Deinde pergit: „haec autem inaequalitas et inconstantia in iudicio de regiae dignitatis praestantia inde oritur, quod causam miserrimae sortis, qua multos tyrannos afflictos esse vident, in ipsa regia dignitate quaerunt, quae tamen posita est in tyrannorum regnandi imperitia. Putant enim illi, qui sic in contrarias partes distrahuntur, quemque hominem ut sacerdotio ita et regno bene posse fungi, nec sciunt, quam difficilis sit regnandi ars". — Vocabulum *ταραχή* significat mentis turbationem et adhibetur de eo, qui in agendo aut in iudicando sibi non constat, ut v. g. 15. 249, aut de eo qui nescit, quid faciat. Cf. Rehdantz Ind². Demosth.

καθ' ἑκάστην τὴν πρᾶξιν. In talibus dictionibus semper additur articulus, qui in cod. Γ plerumque servatus in reliquis codd. saepissime omissus est. Confer. Baiter. ad Panegyr. 29, Keil. Anal. Isocr. p. 125.

ἐξ ὧν. Relativum spectat ad demonstrativum *ταῦτα*, quod mente est supplendum ad *συμβουλεύειν*. Conf. Krüg. 51. 13. 2. De praepositione *ἐκ* cf. ad § 3.

κατὰ τρόπον, Hoc est: eo quo decet more, convenienter, recte. Nihil hac locutione frequentius, in qua *τροπός* significanter designat iustum modum.

διοικεῖν. Absolute hoc loco dictum esse

*φεύγειν, τῶν ἀεὶ παρόντων ἔργον ἐστὶ συμβουλεύειν· καθ' ὅλων
δὲ τῶν ἐπιτηδευμάτων, ὧν χρὴ στοχάζεσθαι καὶ περὶ ἃ δεῖ δια-
τρίβειν, ἐγὼ πειράσομαι διελθεῖν. εἰ μὲν οὖν ἔσται τὸ δῶρον ἐξερ-* 7
*γασθὲν ἄξιον τῆς ὑποθέσεως, χαλεπὸν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς συν[ε]ιδεῖν.
πολλὰ γὰρ καὶ τῶν μετὰ μέτρου ποιημάτων καὶ τῶν καταλογάδην
συγγραμμάτων ἔτι μὲν ἐν ταῖς διανοίαις ὄντα τῶν συντιθέντων
μεγάλας τὰς προσδοκίας παρέσχεν, ἐπιτελεσθέντα δὲ καὶ τοῖς
ἄλλοις ἐπιδειχθέντα πολὺ καταδεεστέραν τὴν δόξαν τῆς ἐλπίδος
ἔλαβεν· οὐ μὴν ἀλλὰ τό γ' ἐπιχείρημα καλῶς ἔχει, τὸ ζητεῖν τὰ* 8
παραλελειμμένα καὶ νομοθετεῖν ταῖς μοναρχίαις. οἱ μὲν γὰρ τοὺς

1. *καθ' ὅλων* Γ: *καθ' ὅλων* (*ου* superscr.) E (*ου* ab alia manu superscr.): *καθόλου* M v. — *συμβουλευιν* ... *διατριβιν* ... *[διελ]θιν* M. — 4. *συνιδεῖν*] *συνειδεῖν* Γ. — 5. *μετὰ μέτρου* Γ E: *ἐμμέτρων* mg. E v. — *πεποιημένων* .... *συγγεγραμμένων* Hirschig (Annot. Criticae, Traiect. ad Rhenum 1849) cf. 15. 45. — 8. *[επι]διχθεντα* M. — 9. *ελαβομεν* M. — *ἀλλὰ τό γε* Γ M: *ἀλλὰ τό γ'* E: *ἀλλὰ καὶ τό γε* v. — *ἐγχείρημα* v. — *ἔχει*] *εχιν* M. — 10. *νομοθετεῖν ταῖς μοναρχίαις*] *νομοθετεῖν τὰς μοναρχίας* M Keil.: *νουθετεῖν τὰς μοναρχίας* Cob.

videtur pro administratoris munere fungi, ut 4. 38 *οἱ μέλλοντες καὶ περὶ τῶν ἄλλων καλῶν καλῶς διοικήσειν.* Kochius autem l.l. p. 27 putat supplendum esse *ἑκάστην τὴν πρᾶξιν*; dubito tamen, num recte dicatur *πρᾶξιν διοικεῖν.*

καθ' ὅλων τῶν ἐπιτηδευμάτων. Vocabulum *ἐπιτήδευμα* significat studium et id, in quod studium impendimus, ut fere accipiat eandem significationem, quam *πρᾶγμα.* Confer Keil. Hermes 1888 p. 364 not. 2, qui comparat 15. 283 monetque, infra § 54 *ὅλα τὰ πράγματα* idem valere ac *ὅλα τὰ ἐπιτηδεύματα*, quod hoc loco legimus. Sententia est itaque: de rebus in universum, quibus rex in republica administranda curam adhibere debet. Cavendum, ne ad *ὧν* mente suppleas *ἐπιτηδευμάτων*; nam *ὧν χρὴ στοχάζεσθαι κτέ.* pendet a *διελθεῖν*; cf. Kühner [2] II § 562.

χρή — δεῖ. Isocrates amat horum verborum usum paucis tantum interiectis, ubi aut *χρή* aut *δεῖ* sufficeret, ut gravitatem quandam orationi addat. Exempla multa congessit Schneid. ad 5. 111.

§ 7. *τῶν μετὰ μέτρου ποιημάτων.* Quod ad sententiam attinet *μετὰ μέτρου* plane abundat ut sequens *καταλογάδην* cf. § 42, sed adhibuit orator plenius dicendi genus, ut vocabula accuratius distinguerentur. Dictio autem *τὰ μετὰ μέτρου ποιήματα* recurrit 15. 45, ubi omnes libri idem exhibent. Ceterum nullam causam puto esse idoneam, cur cum Hirschigio utroque loco scribamus *πεποιημένων* et hoc loco *συγγεγραμμένων.* Haud raro enim adverbia aut locutiones adverbiales adduntur substantivis; cf. 7. 40 *τὰ καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν ἐπιτηδεύματα*, 9. 43 *τῆς ὑπ' ἐκείνου βασιλείας.*

§ 8. *οὐ μὴν ἀλλά.* Hae particulae, quibus saepe additur *γε*, per ellipsin sunt explicandae ita ut ad *οὐ μήν* e praecedentibus aut e sequentibus aliquid mente sit supplendum v. g. hoc loco: *οὐ μὴν ἀποστατέον ἐστίν· ἣν γὰρ καὶ ἡ δόξα καταδεεστέρα ᾖ, ἀλλὰ τό γ'* (profecto) *ἐπιχείρημα καλῶς ἔχει.* Confer Bensel. ad Areop. p. 111 sqq., Schwab. de dicendi genere Isocr. p. 10. Schneid. ad [1. 9].

τὰ παραλελειμμένα. Scilicet *ὑπὸ τῶν ἄλλων*, i. e. quae nemodum tractavit.

νομοθετεῖν ταῖς μοναρχίαις. Clarissimus Cobetus N. L. p. 363 dicit, postquam genuinum *νουθετεῖν* abiisset in falsum *νομοθετεῖν*, *τὰς μοναρχίας* mutatum esse in *ταῖς μοναρχίαις*, ut casus accommodaretur verbo; Isocratem enim velle *παραινέσεις* potius quam *νόμους* regibus scribere. At vocabulum *νουθετεῖν*, ut iam alii monuerunt, vituperandi notionem habet et iis tribuitur, qui alios a virtute aberrantes in rectam viam reducere cupiunt, adeoque hic stare non potest, ubi id agitur ne rex a recta aberret via. Keilius autem (Hermes 1884 p. 631), quem Albrechtius (Jahres-

ἰδιώτας παιδεύοντες ἐκείνους μ ό ν ο υ ς ὠφελοῦσιν· εἰ δέ τις τοὺς κρατοῦντας τοῦ πλήθους ἐπ' ἀρετὴν προτρέψειεν, ἀμφοτέρους ἂν ὀνήσειεν, καὶ τοὺς τὰς δυναστείας ἔχοντας καὶ τοὺς ὑπ' αὐτοῖς ντας· τοῖς μὲν γὰρ ἂν τὰς ἀρχὰς ἀσφαλεστέρας, τοῖς δὲ τὰς πολιτείας πρᾳοτέρας ποιήσειεν.

1. μόνον Γ Ε Μ Blass. ed.: μόνους v. — 2. προτρεψιαν Μ. — 3. ὀνήσειεν Γ Ε: ὠφελήσειε Μ v. — αὐτοῖς Γ Ε: αὐταῖς v. — καὶ τοὺς ὑπ' αὐτοῖς om. Μ.

ber. des Philol. Vereins 1885 p. 77) secutus est, defendit lectionem, quam praebet pap. Mass., nempe νομοθετεῖν τὰς μοναρχίας. Huius autem papyri cum haud ita magna sit auctoritas, hanc lectionem aliis locis stabilire conatus est, qui num recte in partes sint vocati, equidem vehementer dubito. Confert vir doctissimus 7. 16 (τὴν δημοκρατίαν) ἣν Σόλων μὲν ὁ δημοτικώτατος γενόμενος ἐνομοθέτησε, 7. 46 καὶ ταῦτα νομοθετήσαντες, 7. 59 (διοίκησιν) νομοθετηθεῖσαν ὑπὸ τοιούτων ἀνδρῶν, additque nostro quoque loco eandem requiri significationem, quam in illis sc. l e g i b u s r e m p u b l i c a m m o d e r a r i. Quod negandum puto. In hac enim admonitione non eodem munere fungitur orator, quo Solon erga Athenienses est functus, nec leges proponit, quae posthac Salamini vigeant, sed regem edocet, quomodo optime sit regnaturus. Equidem credo nihil hic esse mutandum. Cum enim 15. 255 λόγος dicatur νομοθετεῖν περὶ τῶν δικαίων καὶ τῶν ἀδίκων καὶ τῶν καλῶν καὶ τῶν αἰσχρῶν, nihil vetat nos vocabulo νομοθετεῖν attribuere significationem r e g u l a s d a n d i sive p r a e c i p i e n d i; tanti autem momenti haec praecepta orator esse putat, ut tamquam leges sint sequendae. Quod autem Isocrates nusquam alibi dativum cum verbo νομοθετεῖν coniunxit, casu hoc factum est, nec argumentum hinc peti licet, ut dubitetur de lectionis sinceritate, nisi quis putet Graece dici non posse ὁ Σόλων τοῖς Ἀθηναίοις ἐνομοθέτησε, cum tamen Plato Leg. II 661 scripserit εἰ τοὺς νομοθετήσαντας ὑμῖν αὐτοὺς τούτους ἐποίμεθα θεούς. Confer praeterea Pseud. Demosth. 56. 12 αὐτὸς αὑτῷ νομοθετῶν, Xenoph. Apol. 15 περὶ Λυκούργου τοῦ Λακεδαιμονίοις νομοθετήσαντος. Ceterum ταῖς μοναρχίαις dixit pro τοῖς ἐν ταῖς μοναρχίαις sive τοῖς τὰς μοναρχίας ἔχουσι, plane eodem modo, quo 15. 71 ἐπιτιμῶ ταῖς μοναρχίαις ὅτι δέον αὐτοὺς τὴν φρόνησιν ἀσκεῖν μᾶλλον τῶν ἄλλων, χεῖρον παιδεύονται τῶν ἰδιωτῶν.

μόνους. Putant quidam viri docti (Schneid. ad 9. 55) Isocratem adhibuisse nonnunquam adv. μόνον, ubi exspectemus adiect. μόνος, sed locis, quos ad hoc demonstrandum afferunt, equidem non multum tribuendum esse puto. Loci enim sunt: [3. 34] τὴν ἐμαυτοῦ μόνον, ubi codd. v. habent μόνην; 4. 38 τὸν ἐπὶ τούτοις μόνον, ubi tamen facillime propter praecedens τόν pro genuino μόνοις scribi potuit μόνον; 8. 81 μνησθήσομαι δὲ τούτων μόνον ubi tamen cod. Λ habet μόνων; 9. 55 τὰ περὶ τὴν ἤπειρον μόνον ubi codd. Δ et v. habent μόνην; 4. 141 τρισχιλίους μόνον πελταστάς, ubi cur potius μόνους exspectetur, equidem non video, nec magis cur 12. 50, in verbis δέκα μόνον τριήρεις, potius scribendum sit μόνας; eodem enim modo adv. μόνον apud numerale legitur 5. 31 τέτταρας μόνον πόλεις. Ubi autem adiect. μόνος adhibitum est apud substantivum, cui additum est numerale, alia evadit sententia; cf. 4. 142 ὑπὸ τριήρων ἑκατὸν μόνων, de quo loco tamen res admodum incerta est, quia codd v. praebent μόνον, pro quo Naber. (Mnem. 1879 p. 58), proposuit μόνον οὐ; 12. 54 δέκα μόνους ἄνδρας; 15. 156 χιλίους μόνους στατῆρας. Meliore iure afferri potest, ni fallor, 18. 34 τοῖς ἀγωνιζομένοις μόνον, ubi codices inter se consentiunt, nec veri simile est h. l. initio scriptum fuisse μόνοις, quod post -μενοις male sonat. Fortasse autem oratio 18 Isocrati est abiudicanda, quia est ex genere iudiciali. Quae cum ita sint, nostro loco sprevi cod. Γ auctoritatem et cum codd. v. scripsi μόνους.

ὀνήσειεν. Verbum ὀνίνημι et quae formae hinc derivatae sunt postea in desuetudinem videntur venisse et a serioribus Graecis non intellecta esse, qua re factum est, ut iis in manuscriptis saepe adscriberetur synonymum ὠφελεῖν et hinc derivanda est deteriorum codicum lectio ὠφελήσειε. Confer Hesych. ὀνήμεναι· ὠφεληθῆναι. — ὀνησιφόρος· ὠφέλειαν φέρων cet.

τὰς πολιτείας. Non est hoc loco intellegendum de civitatum variis formis, ut

(γ'.) Πρῶτον μὲν οὖν σκεπτέον, τί τῶν βασιλευόντων ἔργον ἐστίν· 9
*ἂν γὰρ ἐν κεφαλαίοις τὴν δύναμιν ὅλου τοῦ πράγματος καλῶς περιλάβωμεν, ἐνταῦθ' ἀποβλέποντες ἄμεινον καὶ περὶ τῶν μερῶν ἐροῦμεν. οἶμαι δὴ πάντας ἂν ὁμολογῆσαι προσήκειν αὐτοῖς πόλιν δυστυχοῦσαν παῦσαι καὶ καλῶς πράττουσαν διαφυλάξαι καὶ με-

2. ἂν] εαν M. — ἐν κεφαλαίοις Γ E: τὸ κεφάλαιον καὶ M v. — 3. περὶ τῶν μερῶν Γ E M: περὶ τῶν λοιπῶν mg. Γ 1 man.: περὶ τῶν ἄλλων μερῶν v. — 4. ἐροῦμεν] αιρουμενοι M. — προσήκειν αὐτοῖς] προσήκειν [αὐτοῖς] E. — πόλιν δυστυχοῦσαν Γ E: πόλιν τε δυστυχοῦσαν M v.

v. g. δημοκρατία, μοναρχία, sed de reipublicae administratione. De hac vocis significatione conf. Schneid. ad 4. 115.

§ 9. ἄν. Saepe libri in hoc particula variant, sed tamen ita ut affirmari liceat Isocratem non dixisse ἐὰν sed ἂν aut ἤν. Conf. Bensel. ad Areop. p. 146 sqq. et Praef. Editionis Isocr. p. XXI. 5.

ἐν κεφαλαίοις — περιλάβωμεν. Numerum pluralem ferri non posse puto, quia, ut ex sequentibus patet, unum tantum caput proponitur; tum dubito, num Graece dici possit ἐν κεφαλαίοις sive ἐν κεφαλαίῳ περιλαμβάνειν τι; nam tum demum τὸ κεφάλαιον cernitur, cum ea, quae sunt maximi momenti, elegeris et in unum composueris; cf. 5. 154 λοιπὸν οὖν ἐστὶ τὰ προειρημένα συναγαγεῖν, ἵν' ὡς ἐν ἐλαχίστοις κατίδῃς τὸ κεφάλαιον τῶν προειρημένων. Quod attinet ad lectionem vulgatam ἂν γὰρ τὸ κεφάλαιον καὶ τὴν δύναμιν ὅλου τοῦ πράγματος καλῶς περιλάβωμεν, ne hanc quidem ferri posse iam Blassius, Fleck. Jahrb. 1884 p. 442, monuit, causam quidem non addens, sed ut equidem credo, quod aut τὸ κεφάλαιον aut τὴν δύναμιν otiose abundat. Non tamen probo Blassium conicientem Isocratem fortasse scripsisse τὸ κεφάλαιον ὅλου τοῦ πράγματος, quibus adscriptum esset ἐν κεφαλαίοις τὴν δύναμιν ὅλου τοῦ πράγματος; ita enim non intellegimus, cur in vulgatam receptum sit καὶ τὴν δύναμιν. Contra potius crediderim fuisse in archetypo ἂν γὰρ τὴν δύναμιν ὅλου τοῦ πράγματος κ. τ., deinde in apographis adscriptum fuisse partim τὸ κεφάλαιον partim ἐν κεφαλαίοις.

περὶ τῶν μερῶν. Keilius, Hermes 1884 p. 629, putat varias lectiones περὶ τῶν λοιπῶν et περὶ τῶν ἄλλων μερῶν inde esse ortas, quod verbis περὶ τῶν μερῶν superscriptum fuisset λοιπῶν. Quod attinet ad lectionem τῶν λοιπῶν manifestum est hanc esse falsam; in sequentibus enim non sermo est de reliquis rebus, sed de iis ipsis, quae sunt regii muneris. Quod ad alteram lectionem περὶ τῶν ἄλλων μερῶν attinet, in tali locutione non flagitari vocabulum ἄλλος etc. patet e 4. 51 ἵνα δὲ μὴ δοκῶ περὶ τὰ μέρη διατρίβειν περὶ ὅλων τῶν πραγμάτων ὑποθέμενος, 7. 28 ἀνάγκη γὰρ τοῖς περὶ ὅλων τῶν πραγμάτων καλῶς τὰς ὑποθέσεις πεποιημένοις καὶ τὰ μέρη τὸν αὐτὸν τρόπον ἔχειν ἐκείνοις et 8, 32 ἡ ἀρετὴ καὶ τὰ μέρη ταύτης; praeterea, ni fallor, nostro loco ἄλλων omnino ferri non potest. Saepe quidem ἄλλος invenitur, ubi a nobis non exspectatur, v. g. 5. 148 ἐκείνων μᾶλλον ἄγανται τὴν ἧτταν τὴν ἐν Θερμοπύλαις ἢ τὰς ἄλλας νίκας, 6. 16 (Μεσσήνην) ὑμεῖς οὐδὲν ἧττον ἢ τὴν ἄλλην Λακεδαίμονα κέκτησθε δικαίως, 10. 66 ἀναθήμασι καὶ θυσίαις καὶ ταῖς ἄλλαις προσόδοις ἱλάσκεσθαι καὶ τιμᾶν αὐτὴν χρή (Schneid. ad 4. 26); multum autem hi loci differunt ab eo, quem nunc tractamus. In illis enim variae species eiusdem generis afferuntur, nostro autem loco sermo est de re una et huius partibus.

πόλιν δυστυχοῦσαν. Cum Benselerus cum codd. v. πόλιν τε δυστ. scripsisset, Blassius in annotatione critica editionis 1878 annotat se malle πόλιν δυστυχοῦσάν τε. Postea vero de huius coniecturae veritate dubitare coepit (Fleck. Jahrb. 1884 p. 422). In [3. 2] ἔπειτα κἀκεῖν' ἄτοπον εἰ λέληθεν αὐτοὺς ὅτι τὰ περὶ τοὺς θεοὺς εὐσεβοῦμεν καὶ τὴν δικαιοσύνην ἀσκοῦμεν καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς ἐπιτηδεύομεν a nullo libro τε exhibetur nec magis 15. 184 αὐτοὺς καὶ πονεῖν ἐθίζουσι καὶ συνείρειν καθ' ἓν ἕκαστον ὧν ἔμαθον ἀναγκάζουσιν, ἵνα ταῦτα βεβαιώτερον κατάσχωσι καὶ τῶν καιρῶν ἐγγυτέρω ταῖς δόξαις γένωνται, ubi tamen Blassius mavult ταῦτά τε.

γάλην ἐκ μικρᾶς ποιῆσαι· τὰ γὰρ ἄλλα τὰ συμπίπτοντα κατὰ
10 τὴν ἡμέραν ἑκάστην τούτων ἕνεκα πρακτέον ἐστίν. καὶ μὴν ἐκεῖνό
γε φανερὸν, ὅτι δεῖ τοὺς ταῦτα δυνησομένους καὶ περὶ τηλικούτων
βουλευομένους μὴ ῥᾳθυμεῖν [μηδ' ἀμελεῖν] ἀλλὰ σκοπεῖν, ὅπως
φρονιμώτερον διακείσονται τῶν ἄλλων. δέδεικται γὰρ, ὅτι τοιαύτας
τὰς βασιλείας ἕξουσιν, οἵας (π ε ρ) ἂν τὰς α ὑ τ ῶ ν γνώμας παρα-
11 σκευάσωσιν. ὥστ' οὐδενὶ τῶν ἀσκητῶν οὕτω προσήκει τὸ σῶμα γυμ-

1. τὰ συμπίπτοντα κατὰ τὴν ἡμέραν Γ Ε: τα καθ ημεραν συμπιπτοντα Μ: τὰ καθ' ἡμέραν ἑκ. συμπ. Λ: τὰ καθ' ἑκ. ἡμ. συμπ. v. — 3. τηλικούτων] τουτων Μ. — 4. βουλευομένους Γ Ε Μ: βουλευσομένους v. — μηδ' ἀμελεῖν om. Μ. — 6. τὰς βασιλείας ἕξουσιν Γ Ε Μ: ἕξουσι τὰς βασιλείας v. — οἵας ἂν Γ: οἵας(περ) ἂν Ε: οἵας περ ἂν Μ v. — ἑαυτῶν Γ Ε Μ: αὑτῶν v. — παρασκευασουσιν Μ. — 7. ὥστ'] ὥστε Γ — ἀσκητῶν: Γ Ε: ἀθλητῶν mg. Ε Μ v. — προσηκιν Μ.

τὰ συμπίπτοντα κατὰ τὴν ἡμέραν ἑκάστην. Iam ad § 2 monui in tali locutione adhibendum esse articulum. De lectione autem, quam pap. Mass. exhibet, τὰ καθ' ἡμέραν συμπίπτοντα, quamque Blassius l. l. probat, confer Keil. Anal. Isocr. p. 125 sq. et Hermes 1884 p. 629, qui multis allatis exemplis demonstrat Isocratem formulam καθ' ἡμέραν non adhibuisse nisi in locutionibus τὰ καθ' ἡμέραν, ὁ βίος ὁ καθ' ἡμέραν, ἡ τροφὴ ἡ καθ' ἡμέραν, quae significant victum aut vitam quotidianam. Cum nostro autem loco confer 9. 43 περὶ τῶν κατὰ τὴν ἡμέραν ἑκάστην προσπιπτόντων, 12, 30 τοῖς πράγμασι τοῖς κατὰ τὴν ἡμέραν ἑκάστην προσπίπτουσι, [3. 22] τὰ κατὰ τὴν ἡμέραν ἑκάστην γιγνόμενα. Cf. Clarke ad Euag. 43, Scheid. ibidem.

§ 10. καὶ μήν. Coniunctae hae particulae, quibus γε subicitur, adhibentur, ubi scriptor ad novam quandam rem transgreditur, cui ponderis aliquid tribuit.

βουλευομένους. Recta editores hanc lectionem optimi codicis praetulerunt alteri βουλευσομένους, cui ansam dedit praecedens futurum δυνησομένους. Recte enim Benselerus part. praes. sic interpretatur: qui deliberant, quomodo haec sibi facultas futura sit.

μὴ ῥᾳθυμεῖν. Recte mihi videtur Blassius l. l. statuisse eicienda esse verba μηδ' ἀμελεῖν, quae in codd. Γ Ε v. statim post μὴ ῥᾳθυμεῖν sequuntur sed non leguntur in pap. Mass. neque in vulg. ante Coraem. His enim additis sententiae aequabilitas tollitur; praeterea facile intellegimus, unde hoc additamentum ortum sit. Verbum enim ῥᾳθυμεῖν, quo posteriores iam non utebantur, explicatione indigere visum est, quae in margine adscripta postea in textum est recepta. Confer Hesych. ῥᾳθυμία· ἀμέλεια, κατήφεια, ἀνοχή.

δέδεικται. Hoc est constat. Confer 4. 165. Eodem sensu 6. 4 legimus ἦν δεδειγμένον. Ad sententiam confer 9. 41 ἡγούμενος μὲν, εἰ καλῶς τὴν αὑτοῦ φρόνησιν παρασκευάσειεν, ὁμοίως αὐτῷ καὶ τὴν βασιλείαν ἕξειν.

οἵας περ ἄν. Saepissime in cod. Γ exiguae voculae, quales sunt περ, τε, μέν, δέ, articuli formae male omittuntur. Confer Bock. l. l. p. 21, Blass. Praef. Edit. Isocr. p. VII. Hinc hoc loco et 7. 14 (bis) omissa est particula περ in cod Γ, quae recte additur in codd. v. De particula περ apud Isocr. confer Schwab. l. l. p. 22 sqq. et in universum confer Baumlein. Gr. Partik. p. 198 sqq.

αὑτῶν. Isocratem formas trisyllabas pronominum reflexivorum ἑαυτοῦ etc, σεαυτοῦ etc. respuisse iam docuerunt Dindorf. ad Paneg. p. 1 et Bensel ad Areop. p. 249. Postea Keil. Anal. Isocr. p. 104 sqq. censet Isocratem hac in re ad tragicorum usum se applicasse, nisi quod solis formis bisyllabis usus sit, quas illi tantum non semper trisyllabis praetulerint. Contra in comicorum scriptis et in titulis formae bisyllabae trisyllabaeque promiscue inveniuntur.

§ 11. ὥστ'. De hac particula, quae § 46 eodem modo occurrit, in enuntiati initio posita cf. Porson. Praef. Eurip. Hec. p. 53.

ἀσκητῶν. Ἀθλητῶν quod in codd. deterioribus invenitur est glossema genuinae lectionis ἀσκητῶν. Confer Hesych. ἀσκητής. ἀθλητής et ἐπασκηταί. ἀθληταί.

νάζειν ὡς τοῖς βασιλεῦσιν τὴν ψυχὴν τὴν αὑτῶν· ἅπασαι γὰρ αἱ πανηγύρεις οὐδὲν μέρος τιθέασι τούτων τῶν ἄθλων, περὶ ὧν ὑμεῖς καθ' ἑκάστην ἀγωνίζεσθε τὴν ἡμέραν. (δ'.) Ὧν ἐνθυμούμενον χρὴ προσέχειν τὸν νοῦν, ὅπως ὅσονπερ ταῖς τιμαῖς τῶν ἄλλων προέχεις, τοσοῦτον καὶ ταῖς ἀρεταῖς αὐτῶν διοίσεις. καὶ μὴ 12 *νόμιζε τὴν ἐπιμέλειαν ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις πράγμασι χρησίμην εἶναι, πρὸς δὲ τὸ βελτίους ἡμᾶς καὶ Φρονιμωτέρους γίγνεσθαι μηδεμίαν δύναμιν ἔχειν· μηδὲ καταγνῷς τῶν ἀνθρώπων τοσαύτην δυστυχίαν, ὡς περὶ μὲν τὰ θηρία τέχνας εὑρήκαμεν, αἷς αὐτῶν τὰς ψυχὰς ἡμεροῦμεν καὶ πλείονος ἀξίας ποιοῦμεν, ἡμᾶς δ' αὑτοὺς*

1. *βασιλεῦσιν* Γ: *βασιλεῦσι* M v: *βασιλεύουσι* mg. Γ 1 man. E. Blass. ed. — *ψυχὴν τὴν*] *ψυχὴν τὴν ψυχὴν* Γ 1 man., postea correctum in *ψυχὴν τὴν*. — *ἑαυτῶν* Γ M v: *ἑατῶν* E. — *δοκιμαζειν* add. M post. *ἑαυτῶν*. — 2. *ἄθλων*] *αθλητων* M. — *περὶ* Γ E M Λ Vict.: *ὑπὲρ* v. — 3. *καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν ἀγωνίζεσθε* Γ E: *καθ' ἑκάστην ἀγωνίζεσθε τὴν ἡμ.* v.: *αγωνιζεσθαι καθ εκαστην ημεραν* M. — *ὧν* Γ 1 man., a rec. man. erasum, deinde scriptum *ἃ*, quod etiam E habet: *ὧν* v. — *ενθυμουμενοις* M — 5. *προέχεις*] *προσεχις τον νουν* M. — *αὐτῶν* om. M. prob. Blass. Fleck. Jahrb. 1884 p. 442. — 7. *τὸ βελτίους*] *τους βελτιους* M. — 8. *ἔχειν δύναμιν* M. v. — *μηδὲ*] *μὴ δὲ* E. — 10. *ιμερουμεν* M. — *ἀξίας*] *αξιας αυτας* M: *ἄξια* coni. Blass.

βασιλεῦσιν. Eam ob causam hanc lectionem praeferendam puto alteri *βασιλεύουσι*, quod et maiore nititur auctoritate et melius respondet praecedenti *ἀθλητῶν*. Ceterum haud raro libri fluctuant inter formas substantivi *βασιλεύς* et participii *βασιλεύων* v. g. § 32 *βασιλεύοντας* ΓΕ: *βασιλέας* v.; [3. 29] *βασιλεύων* ΓΕ: *βασιλεύς* v.; 15, 67 *βασιλεῖ* ΓΔ: *βασιλεύοντι* ΕΘ. v. Keil. Anal. Isocr. p. 30.

ἅπασαι γὰρ κτἑ. Praemia, quae constituuntur in certaminibus publicis, nullius sunt momenti, si comparamus ea cum iis, quae bonis regibus contingunt. Hanc itaque ob causam (*γάρ*) reges omnibus viribus debent niti, ut colendo ingenio quam optime munere fungantur.

οὐδὲν μέρος. Idem fere valet quod *μικρὸν μόνον μέρος*. Confer Schneid. ad 5. 43.

καθ' ἑκαστην ἀγωνίζεσθε τὴν ἡμέραν. Quamvis satis constet Isocratem ante interpunctionem nonnunquam hiatum admisisse (cf. Blass. Att. Bereds. II p. 133 Schwab. l. l. p. 14 sq.), tamen tutius duxi sequi vulgatam, spreto codice Γ, qui hunc ordinem exhibet *καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν ἀγωνίζεσθε*. Raro quidem *ἕκαστος* seiungitur ab articulo, sed tamen hic usus non est sine exemplo; cf. 8 20. (Keil. Hermes 1884 p. 628). Verbis *καθ' ἑκ.* *τὴν ἡμ.* Isocrates aliam causam addit, cur principibus quam maxime *προσήκει γυμνάζειν τὴν ψυχήν*, quod non ut athletae constitutis tantum diebus, sed quotidie summa praemia ferre possint.

διαφέρειν. Ubi *διαφέρειν*, ut hoc loco, significat excellere, semper Isocrates accusativis ut v. g. *τοσοῦτον*, numquam dativis utitur ad indicandum, quantum quis excellat. Cf. Keil. Isocr. p. 39 not. 2.

§ 12. *καταγνῷς — δυστυχίαν*. Schneider. ad 7. 49 de hoc loco agens *δυστυχίαν* significare ait stoliditatem, quod probare non possum. Nam etsi probe scio multos esse locos, ubi *δυστυχία* et *δυστυχής* eam habent significationem, quam vult vir doctissimus, tamen ibi additis aliis vocabulis ea fit conspicua; ubi *δυστυχία* et *δυστυχής* sola per se leguntur, equidem censeo ea significare infelicem, miserum etc. Praeterea hoc loco de stoliditate cogitare non licet, ubi memorantur artes, quas repperernt homines ad bestias mansuetas faciendas. Potius infelices, miseri, *κακοδαίμονες* sunt vocandi, qui bestias quidem utiliores reddere sciunt, se ipsos autem meliores facere non possunt. Conf. Plat. Apol. 12. Ad totam sententiam cf. 15. 209—214.

καὶ πλείονος ἀξίας ποιοῦμεν. Blassius *ἄξια* proponens pro *ἀξίας* (Adnot. crit.

οὐδὲν ἂν πρὸς ἀρετὴν ὠφελήσαιμεν, ἀλλ' ὡς καὶ τῆς παιδεύσεως καὶ τῆς ἐπιμελείας μάλιστα δυναμένης τὴν ἡμετέραν φύσιν
13 εὐεργετεῖν, οὕτω διάκεισο τὴν γνώμην, καὶ τῶν τε παρόντων τοῖς φρονιμωτάτοις πλησίαζε καὶ τῶν ἄλλων οὓς ἂν δύνῃ μεταπέμπου, καὶ μήτε τῶν ποιητῶν (τ ῶ ν) εὐδοκιμούντων μήτε τῶν σοφιστῶν μηδενὸς οἴου δεῖν ἀπείρως ἔχειν, ἀλλὰ τῶν μὲν ἀκροατὴς γίγνου, τῶν δὲ μαθητὴς, καὶ παρασκεύαζε σ[ε]αυτὸν τῶν μὲν ἐλαττόνων κριτὴν, τῶν

1. *ὠφελήσαιμεν*] *προτρεψειαν* M. — 2. *μαλλειστα* M. — *φύσιν*] *ψυχὴν* M et vulg. ante Cor. — 4. *ἄλλων* Γ M v.: *ἀπόντων* mg. Γ 1 man. E. — 5. *ποιητῶν τῶν*] *τῶν* in Γ a rec. man. est superscriptum. — *μήτε*] *καὶ μήτε* mg. Γ 1 man. — *μηδενὸς*] *μηδένα* (οσ superscr.) E. — 7. *σεαυτὸν* Γ E M: *σαυτὸν* v. — *ἐλαττόνων* Γ E M: *ἐλασσόνων* v.

ἰδέαις. In universum quidem *ἰδέα* significat formam, et apud Isocratem praesertim invenitur *ἰδέα λόγου.* Sed non solum dicitur de externa alicuius rei forma, sed interdum etiam de rebus ipsis et valet speciem. Confer Klett, das Verhältnisz des Isocr. zur Sophistik, Programm Ulm 1880, pg. 4 sq. et Bait. ad Panegyr. 7. Nostro loco dicitur de utraque agendi ratione, quarum una est eius, qui *σεμνός*, altera eius, qui *ἀστεῖος* est; § 48 dicitur de fabulis et certaminibus.

τὴν συμφορὰν — *προσοῦσαν.* Manifestum est quid voluerit auctor, scilicet: ille qui urbanitatem sectatur aut gravitatem facile in vitia delabitur, quae his virtutibus sunt propinqua. Admodum autem dubito, num hoc sensu dici possit *πρόσεστι*, quod usurpatur de vitio, quod alicui rei inhaeret; confer 5. 68 *τὰ μὲν γὰρ τοιαῦτα τῶν ἔργων φθόνον ἔχει καὶ δυσμένειαν καὶ πολλὰς βλασφημίας, οἷς δ' ἡμεῖς συμβεβουλεύκαμεν οὐδὲν πρόσεστι τούτων* et 12. 115 *τὰ κακὰ τὰ προσόντα ἑκατέρᾳ τῶν δυνάμεων* (sc. *τῇ κατὰ γῆν καὶ τῇ κατὰ θάλατταν*). *Ταπεινότης* autem non est vitium, quod *τῇ ἀστειότητι*, nec *ψυχρότης*, quod *τῇ σεμνότητι* inhaeret. Praeterea alterum locum, quo *συμφορά* legatur pro eo, quod est vituperationi obnoxium, frustra quaesivi. Cum autem, ut iam dixi, nullo negotio intellegamus, quid voluerit auctor, equidem non credo locum a librariis esse corruptum, sed potius illas contra bonam Graecitatem offensiones ipsi auctori esse imputandas.

§ 35. *ἀκριβῶσαι.* Lectio vulgata *ἀκριβῶς εἰδέναι*, est glossema genuini *ἀκριβῶσαι*, quod praebet cod. Γ.

τοὺς βασιλέας, ἐμπειρίᾳ μέτιθι καὶ φιλοσοφίᾳ· τὸ μὲν γὰρ φιλοσοφεῖν τὰς ὁδούς σοι δείξει, τὸ δ' ἐπ' αὐτῶν τῶν ἔργων γυμνάζεσθαι δύνασθαί σε χρῆσθαι τοῖς πράγμασιν ποιήσει. Θεώρει τὰ γιγνόμενα καὶ τὰ συμπίπτοντα καὶ τοῖς ἰδιώταις καὶ τοῖς τυράννοις [ἀπ' αὐτῶν]· ἂν γὰρ τὰ παρεληλυθότα μνημονεύῃς, ἄμεινον περὶ τῶν μελλόντων βουλεύσει].

36 *Δεινὸν ἡγοῦ τῶν μὲν ἰδιωτῶν τινὰς ἐθέλειν ἀποθνήσκειν, ἵνα τελευτήσαντες ἐπαινεθῶσι⟨ν⟩, τοὺς δὲ βασιλέας μὴ τολμᾶν χρῆσθαι τοῖς ἐπιτηδεύμασιν τούτοις, ἐξ ὧν ζῶντες εὐδοκιμήσουσιν. βούλου τὰς εἰκόνας τῆς ἀρετῆς ὑπόμνημα μᾶλλον ἢ τοῦ σώματος κατα-*

Stob. B: *ἀκριβῶς εἰδέναι βούλει* mg. E v. Stob. Gesn. mg. — 1. *βασιλεῖς* Γ: *βασιλέας* E v. — *μέτιθι* E v. Stob. 48. 40: *μετατίθει* Γ mg. E. — 3. *δύνασθαί σε*] *ἄμεινόν σε* Stob. 48. 41 — *πράγμασιν* Γ: *πράγμασι* E v. — 5. *ἀπ' αὐτῶν* Γ E: *ἀν' τον ἀπ' αὐτῶν* mg. E: om. v. Blass. — *ἂν* Γ E: *ἐὰν* v. — *μνημονεύσῃς* Stob. 48. 41, Cod. A. — 6. *περὶ* Γ E Stob 48. 41, Cod. A: *καὶ περὶ* v. et Stob. v. — 7. *τινὰς ἐθέλειν* Γ E Δα Eα Θα: *ἐθέλειν τινὰς* v. — 8. *ἐπαινεθῶσιν* scripsi: *ἐπαινεθῶσι* Is. — *βασιλεῖς* Γ: *βασιλέας* E v. — 9. *ἐπιτηδεύμασιν* Γ: *ἐπιτηδεύμασι* E v.

ἐμπειρίᾳ μέτιθι καὶ φιλοσοφίᾳ. Haud raro verbum *μετιέναι* significat studere alicui rei, quaerere alicuius rei cognitionem, v. g. *ἀστρονομίαν μετιέναι*. Hoc autem plerumque fit usu et exercitatione i. e. *ἐμπειρίᾳ* et docta inquisitione i. e. *φιλοσοφίᾳ*. Ceterum *φιλοσοφεῖν* et *φιλοσοφία* dicitur de omni animi intentione, quae via ac ratione procedit. Apud Isocratem praesertim usurpantur saepissime de eloquentiae studio.

τὰς ὁδούς. Sunt viae, quae sequendae sunt, ut aliquam rem cognoscamus; valet igitur quod hodie dicimus methode.

δύνασθαί σε χρῆσθαι τοῖς πράγμασιν ποιήσει. Male apud Stobaeum pro *δύνασθαι* legitur *ἄμεινον*; hoc enim cum praecedente *ἀγωνίζεσθαι* facit hiatum.

τὰ γιγνόμενα καὶ τὰ συμπίπτοντα. Id est: ea quae fiunt et quae accidunt. Cum autem ea, quae accidunt alicui, saepe eveniant ex iis, quae fecit, suspicio mihi est orta verba *ἀπ' αὐτῶν*, quae in codd. Γ E post *τυράννοις* leguntur, ubi incommode inhaerent, in codd. v. autem non inveniuntur, in margine olim adscripta fuisse ad *συμπίπτοντα*, et postea in textum esse recepta. Blassius autem in adnotatione critica editionis Isocrateae putat *ἀπ' αὐτῶν* inserenda esse post insequens *ἄμεινον*. Non satis autem vir doctissimus attendisse mihi videtur Isocratis scribendi rationem, qui, ni fallor, dixisset *ἐξ αὐτῶν*, non *ἀπ' αὐτῶν βουλεύσει*. Confer Koch. l. l. p. 29 sq.

περί. E male intellecta sententia fluxisse mihi videtur lectio vulgatae *καὶ περί*. Non enim mente supplere licet *περὶ τῶν παρόντων*, cum omnis consilii hic est finis ut cognoscamus, quid faciendum sit, ut, sive ne, quid fiat. Ad sententiam cf. [1. 34] *βουλευόμενος παράδειγμα ποιοῦ τὰ παρεληλυθότα τῶν μελλόντων*, 4. 41 *εἰ δὲ δεῖ τὰ μέλλοντα τοῖς γεγενημένοις τεκμαίρεσθαι.*

§ 36. *δεινὸν ἡγοῦ κτέ.* Confer 5. 135 *ἴδοις δ' ἂν καὶ τῶν ἰδιωτῶν τοὺς ἐπιεικεστάτους [ὑπὲρ] ἄλλου μὲν οὐδενὸς ἂν τὸ ζῆν ἀντικαταλλαξαμένους, ὑπὲρ δὲ τοῦ τυχεῖν καλῆς δόξης ἀποθνῄσκειν ἐν τοῖς πολέμοις ἐθέλοντας.*

βούλου τὰς εἰκόνας κτέ. Hoc est: fac ut simulacra, quae in tuum honorem erigantur, potius recordationem moveant tuae virtutis quam corporis tui. De numero singulari *ὑπόμνημα* post pluralem *εἰκόνας*, confer 4. 156 *ἵνα (τὰ ἐμπρησθέντα ἱερὰ) ὑπόμνημα ᾖ τοῖς ἐπιγιγνομένοις τῆς τῶν βαρβάρων ἀσεβείας.* Ad sententiam cf. 9. 73 *ἐγὼ δ' ὦ Νικόκλεις ἡγοῦμαι καλὰ μὲν εἶναι καὶ τὰς τῶν σωμάτων εἰκόνας, πολὺ μέντοι πλείονος ἀξίας τὰς τῶν πράξεων καὶ τῆς διανοίας, ἃς ἐν τοῖς λόγοις ἄν τις μόνον τοῖς τεχνικῶς ἔχουσι θεωρήσειεν*, Xen. Agesil. 11. 7 et quos locos Schneid. ad 9. 73 laudat, Cic. pro Archia 30, Plut. Kim. 2.

λιπεῖν. μάλιστα μὲν πειρῶ τὴν ἀσφάλειαν καὶ σαυτῷ καὶ τῇ πόλει
διαφυλάττειν· ἢν δ' ἀναγκασθῇς κινδυνεύειν, αἱροῦ τεθνάναι καλῶς
μᾶλλον ἢ ζῆν αἰσχρῶς. ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις μέμνησο τῆς βασιλείας, 37
καὶ φρόντιζ' ὅπως μηδὲν ἀνάξιον τῆς τιμῆς ταύτης πράξεις. (ια'.)
Μὴ περιίδῃς τὴν σαυτοῦ φύσιν ἅπασαν ἅμα διαλυθεῖσαν· ἀλλ'
ἐπειδὴ θνητοῦ <τοῦ> σώματος ἔτυχες, πειρῶ τῆς ψυχῆς ἀθάνατον
τὴν μνήμην καταλιπεῖν. μελέτα περὶ καλῶν ἐπιτηδευμάτων λέγειν, 38
ἵνα συνεθισθῇς ὅμοια τοῖς εἰρημένοις φρονεῖν. ἅττ' ἂν σοι λογιζομένῳ
φαίνηται βέλτιστα, ταῦτα τοῖς ἔργοις ἐπιτέλει. ὧν τὰς δόξας
ζηλοῖς, μιμοῦ τὰς πράξεις. ἃ τοῖς σαυτοῦ παισὶν ἂν συμβου-

1. καὶ om. v. — σεαυτῷ v. — 2. ἐὰν Γ Ε Δ Δα: ἢν v. — τεθνάναι καλῶς Γ Εα Θα: καλῶς τεθνάναι Ε v. — 3. πᾶσι Γ Ε Δα: ἅπασι v. — 4. καὶ φρόντιζ'] φρόντιζε δ' Havet: καὶ φρόντιζε Γ. — πράξεις Γ Δα: πράξῃς Ε ut videtur: πράξῃς Εα: ποιῇς Θα: ποιήσεις v. — 5. ἅπασαν ἅμα Γ Ε Δα Εα Θα: ἅμα πᾶσαν v. — 6. θνητοῦ Γ Ε Is.α: Blass. ed.: θνητοῦ μὲν v.: Bekk. et Kayser. malunt θνητοῦ τοῦ, quod scripsi. — ἔτυχες] ἔτυχες ἀθανάτου δὲ ψυχῆς v; haec verba, ἀθανάτου δὲ ψυχῆς, Ε habet in mg. — 7. τὴν μνήμην Γ Δα: μνήμην Ε v. Blass. ed. — 10. ἃ τοῖς αὑτοῦ παισὶν ἂν συμβ. Γ Ε Δα Εα (sed αὐτοῦ): ἃ τοῖς παισὶ τοῖς ἑαυτοῦ ἂν συμβ. mg. Ε v.: ἃ τοῖς π. τοῖς σαυτοῦ συμβ. ἂν Θα. Scripsi σαυτοῦ; cf. ad § 14.

τεθνάναι καλῶς. Cum vis cadat in *τεθνάναι*, hanc verborum collocationem, quam praebet cod. Γ, praeferendam puto alteri, *καλῶς τεθνάναι*, quae est in codd. v, quidquid de positione chiastica Bock. l. l. p. 8, Fuhrium secutus, dicit. Frustra adduxerunt Isocr. 4. 95 *ὥσπερ τῶν ἀνδρῶν τοῖς καλοῖς κἀγαθοῖς αἱρετώτερόν ἐστι καλῶς ἀποθανεῖν ἢ ζῆν αἰσχρῶς*. Nam, ut iam Benselerus Praef. Edit. Isocr. p. XII. 6 monuit, hoc loco adverbium *καλῶς* cum vi quadam anteponitur verbo *ἀποθανεῖν*, nostro autem loco iam e contextu patet sermonem esse de morte pro patria. Ceterum confer 6. 91 *Λακεδαιμονίους οὐχ οἷόν τ' ἐστὶν ἐκ παντὸς τρόπου ζητεῖν τὴν σωτηρίαν, ἀλλ' ἂν μὴ προσῇ τὸ καλῶς τῷ σῴζεσθαι, τὸν θάνατον ἡμῖν μετ' εὐδοξίας αἱρετέον ἐστίν.*

§ 37. *ἅπασαν ἅμα*. Iure editores hanc lectionem praetulerunt vulgatae, quae mutato ordine exhibet *ἅμα πᾶσαν*. Confer 4. 68, ubi omnes libri praebent *ἁπασῶν (τῶν πόλεων) δ' ἅμα κρατήσειν*.

διαλυθεῖσαν. Parum recte de participio aoristi apud verbum *περιορᾶν* Schneiderus ad 7. 69 disputare mihi videtur. Dicit enim hoc loco exspectari participium praesentis vel futuri, cum actio nondum sit peracta, participium autem aoristi esse usurpatum ut, tamquam malum iam factum sit, gravius fiat monitum. Aoristi participium autem ni fallor, ut saepe, adhibetur de eo, quod uno temporis momento fit.

ἐπειδὴ — καταλιπεῖν. Confer 6. 109 *κάλλιόν ἐστιν ἀντὶ θνητοῦ σώματος ἀθάνατον δόξαν ἀντικαταλλάξασθαι, καὶ ψυχῆς, ἣν οὐχ ἕξομεν ὀλίγων ἐτῶν, πριάσθαι τοιαύτην εὔκλειαν, ἣ πάντα τὸν αἰῶνα τοῖς ἐξ ἡμῶν γενομένοις παραμενεῖ*, 5, 134 *ἐνθυμοῦ δ' ὅτι τὸ μὲν σῶμα θνητὸν ἅπαντες ἔχομεν, κατὰ δὲ τὴν εὐλογίαν καὶ τοὺς ἐπαίνους καὶ τὴν φήμην καὶ τὴν μνήμην τὴν τῷ χρόνῳ συμπαρακολουθοῦσαν ἀθανασίας μεταλαμβάνομεν.* Ceterum cum facilius post *θνητοῦ* omitti posset *τοῦ*, quam post *ἀθάνατον* addi *τήν*, Bekkeri et Kayseri coniecturam in textum recepi; nam articulum utrobique aut addendum aut omittendum esse orationis aequabilitas suadet. De verbis *τὴν μνήμην καταλιπεῖν* confer 9. 3, *εὑρήσομεν γὰρ τοὺς φιλοτίμους καὶ μεγαλοψύχους τῶν ἀνδρῶν .... πάντα ποιοῦντας, ὅπως ἀθάνατον τὴν περὶ αὐτῶν μνήμην καταλείψουσιν.*

§ 38. *ἅττ' ἄν σοι κτέ.* Isocrates, teste Keilio Anal. Isocr. p. 144 not. 1, in iis tantum locis *ἅττα* usus est, ubi hiatus erat evitandus. Ceterum ad hoc monitum confer dictum, quod Plutarchus Apophth. Lacon. tradidit: *Ἴσασι μὲν οἱ Ἀθηναῖοι τὰ καλά, οὐ πράσσουσι δέ* et Ovidius Met. 7. 20 video meliora proboque, deteriora sequor.

39 λεύσειας, τούτοις αὐτὸς ἐμμένειν ἀξίου. σοφοὺς νόμιζε μὴ τοὺς ἀκριβῶς περὶ μικρῶν ἐρίζοντας ἀλλὰ τοὺς εὖ περὶ τῶν μ ε γ ά λ ω ν λέγοντας. [μηδὲ τοὺς τοῖς μὲν ἄλλοις εὐδαιμονίαν ὑπισχνουμένους, αὐτοὺς δ' ἐν πολλαῖς ἀπορίαις ὄντας, ἀλλὰ τοὺς μέτρια μὲν περὶ αὑτῶν λέγοντας, ὁμιλεῖν δὲ καὶ τοῖς πράγμασιν καὶ τοῖς ἀνθρώποις δυναμένους, καὶ μὴ διαταραττομένους ἐν ταῖς τοῦ βίου μεταβολαῖς, ἀλλὰ καλῶς καὶ μετρίως καὶ τὰς συμφορὰς καὶ τὰς εὐτυχίας φέρειν ἐπισταμένους.] χρῶ τοῖς εἰρημένοις ἢ ζήτει βελτ[ε]ίω τούτων. (ιβ'.) Καὶ μὴ θ α υ μ ά σ ῃ ς, εἰ πολλὰ τῶν λεγομένων ἐστίν, ἃ
40 καὶ σὺ γιγνώσκεις· οὐδὲ γὰρ ἐμὲ τοῦτο παρέλαθεν, ἀλλ' ἠπιστάμην,

2. μεγάλων Γα Ε: μεγίστων Γ v. — 5. αὑτῶν] αὐτῶν Ε. — πράγμασιν Γ: πράγμασι Ε v. — Verba χρῶ τοῖς — τούτων in Adm. ipsa leguntur post ἐμμένειν ἀξίου, in or. de Antid. post μεγάλων λέγοντας et sequentia, μηδὲ τούς usque ad ἐπισταμένους, ibi omittuntur. — 8. βελτίω] βελτείω Γ. — 10. θαύμαζε Is.: θαυμάσῃς coni. Bait. coll. [1. 44]!, 5. 1. 81. 116, 11. 50, Ep. 1. 9, 4. 13, 7. 12, 9. 12. — λεγομένων Γ Ε: εἰρημένων v. — 11. παρέλαθεν Γ Ε: διέλαθεν mg. Ε v.

§ 39. De sequentibus vide Praef. p. 26 sq.

τῶν μεγάλων. Cum μεγάλων oppositum sit vocabulo μικρῶν, lectio codicis Γα praeferenda est lectioni μεγίστων, quae est in cod. Γ; quod ad sententiam attinet nihil interest. Utrumque enim, τὰ μεγάλα et τὰ μέγιστα, saepissime de negotiis publicis dicitur. Quid autem illud μικρά significet, apparet ex iis, quae leguntur 10. 1: εἰσί τινες οἳ μέγα φρονοῦσιν, ἢν ὑπόθεσιν ἄτοπον καὶ παράδοξον ποιησάμενοι περὶ ταύτης ἀνεκτῶς εἰπεῖν δυνηθῶσιν· καὶ καταγεγηράκασιν οἱ μὲν οὐ φάσκοντες οἷόν τ' εἶναι ψευδῆ λέγειν — ἄλλοι δὲ περὶ τὰς ἔριδας διατρίβουσι τὰς οὐδὲν μὲν ὠφελούσας κτέ.

εὐδαιμονίαν ὑπισχνούμενοι. Sunt ii, qui profitentur se docturos esse discipulos eas artes, quibus ad summos in re publica honores perveniant, ipsi tamen in summa inopia vitam degunt.

ὁμιλεῖν. Eadem significatione saepe adhibetur χρῆσθαι. Coniuncta haec verba leguntur Xen. Conv. 2. 10, ἀνθρώποις χρῆσθαι καὶ ὁμιλεῖν.

μὴ διαταραττομένους. Confer 12. 31 sq. καλῶ πεπαιδευμένους .... τοὺς τῶν μὲν ἡδονῶν ἀεὶ κρατοῦντας, τῶν δὲ συμφορῶν μὴ λίαν ἡττωμένους, ἀλλ' ἀνδρωδῶς ἐν αὐταῖς διακειμένους καὶ τῆς φύσεως ἀξίως, ἧς μετέχοντες τυγχάνομεν· τέταρτον, ὅπερ μέγιστον, τοὺς μὴ διαφθειρομένους ὑπὸ τῶν εὐπραγιῶν μηδ' ἐξισταμένους αὑτῶν μηδ' ὑπερηφάνους γιγνομένους ἀλλ' ἐμμένοντας τῇ τάξει τῇ τῶν εὖ φρονούντων κτέ et 6. 61.

§ 40. τῶν λεγομένων. Haec codicis Γ lectio, cum sit exquisitior quam εἰρημένων, quae est in codd. v., maiorem sinceritatis speciem prae se fert. Usus autem participii praesentis τὰ λεγόμενα, satis solemnis est, non solum ubi quis laudat ea, quae ab aliquo chartae sunt mandata, sed etiam, ubi scriptor aut orator ea, quae dixit, in memoriam legentium sive audientium revocat. Confer 5. 24. 114, 8 57, 12. 235. Similiter indicativus praesentis usurpatur, ubi exspectamus praeteritum v. g. 5. 116: καὶ μὴ θαυμάσῃς εἰ διὰ παντός σε τοῦ λόγου (in ea parte, quae iam absoluta est) π ε ι ρ ῶ μ α ι προτρέπειν ἐπί τε τὰς εὐεργεσίας τὰς τῶν Ἑλλήνων κτέ., 11. 50 in epilogo: καὶ μὴ θαυμάσῃς εἰ ... οὕτω προχείρως ἐ π ι χ ε ι ρ ῶ σε νουθετεῖν et alibi.

παρέλαθεν. Ni fallor, Isocrates utitur verbo παραλανθάνειν de eo, quod aliquem inter dicendum aut scribendum fugit; conf. 10. 14 τοῦτον μικρόν τι παρέλαθεν, 11. 48 οὐδὲ σὲ τοῦτο παρέλαθεν, 12. 200 εἴ τι παρέλαθεν ἡμᾶς ψεῦδος εἰρημένον. Contra διαλανθάνειν, adhibetur de eo, quod, sive qui, l a t e t, a d h o m i n u m n o t i t i a m n o n p e r v e n i t; conf. 12. 249 σὺ μὲν οἴει μάλιστ' εὐδοκιμήσειν, ἢν ὡς πλεῖστον χρόνον διαλάθῃς, 15 171 οὐκ ἄξιον δὲ θαυμάζειν εἴ τι τῶν καλῶν ἐπιτηδευμάτων ἠγνόηται καὶ διαλέληθεν. Hac de causa nostro loco codicis Γ lectionem παρέλαθεν praefero ei, quae est in codd. v., διέλαθεν.

*ὅτι τοσούτων ὄντων τὸ πλῆθος καὶ τῶν ἄλλων καὶ τῶν ἀρχόντων
οἱ μέν τι τούτων εἰρήκασιν, οἱ δ' ἀκηκόασιν, οἱ δ' ἑτέρους ποιοῦν-
τας ἑωράκασιν, οἱ δ' αὐτοὶ τυγχάνουσιν ἐπιτηδεύοντες. ἀλλὰ γὰρ 41
οὐκ ἐν τοῖς λόγοις χρὴ τούτοις [τῶν ἐπιτηδευμάτων] ζητεῖν τὰς
καινότητας, ἐν οἷς οὔτε παράδοξον οὔτ' ἄπιστον οὔτ' ἔξω τῶν νο-
μιζομένων οὐδὲν ἔξεστιν εἰπεῖν, ἀλλ' ἡγεῖσθαι τοῦτον χαριέστατον,
ὃς ἂν τῶν διεσπαρμένων ἐν ταῖς τῶν ἄλλων διανοίαις ἀθροῖσαι
[τὰ] πλεῖστα δυνηθῇ καὶ φράσαι κάλλιστα περὶ αὐτῶν. ἐπεὶ κά-

1. καὶ τῶν ἄλλων Γ Ε: καὶ τῶν ἰδιωτῶν mg. Ε v. — 3. οἱ δ' αὐτοὶ Γ Ε: ἔνια δ' αὐτοὶ v.: ἔνια δ' αὐτῶν mg. Ε. — 4. τούτοις τῶν ἐπιτηδευμάτων Γ Ε: τοῖς περὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων v.: τούτοις τοῖς περὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων Saupp.: τούτοις [τῶν ἐπιτηδευμάτων] Blass. ed. — 6. ἔξεστιν εἰπεῖν Γ Ε: ἔστιν εὑρεῖν mg. Ε v.: ἔτ' ἔστιν εὑρεῖν Naber. — χαριέστατον Γ Ε: εἶναι χαριέστατον v. — 8. τὰ πλεῖστα Is.: πλεῖστα Blass. ed., quem secutus scripsi [τὰ] πλεῖστα.

ὅτι τοσούτων — ἐπιτηδεύοντες. Ut loco laboranti succurreret, Blassius (adnot. critica editionis Isocr.) post τὸ πλῆθος inserere vult πολλοί et pro οἱ μέν τι .... οἱ δ' .... οἱ δ' .... οἱ δ' αὐτοί legere τὸ μέν τι .... τὸ δ' .... τὰ δ' .... τὰ δ' αὐτοί, sed neutra medicina mihi locum in integrum videtur restituisse. Omnia recte se haberent, si deleremus verba τοσούτων ὄντων τὸ πλῆθος καὶ τῶν ἄλλων καὶ τῶν ἀρχόντων. Ceterum vitiosa lectio vulgata ἔνια δ' αὐτοί fortasse indicium est Isocratem scripsisse ἔνιοι δ' αὐτοί; confer 4. 117 αἱ μὲν ... τὰς δ' ... ἔνιαι δ' ... τῶν δ'.

§ 41. *ἀλλὰ γάρ.* Cum ἀλλὰ γάρ, ut notum est, elliptice dictum sit, sententiam in hunc modum supplendam esse censeo: ἀλλ' οὐχ ἧττον τοῦτον τὸν λόγον σοι γράφειν ἐτόλμησα, οὐ γὰρ ἐν κτέ.

τούτοις — ἐν οἷς. Recte mihi videtur Blassius verba τῶν ἐπιτηδευμάτων uncis inclusisse. Optime variae lectiones hoc loco explicantur, si statuamus ad τὰς καινότητας adscriptum fuisse τῶν ἐπιτηδευμάτων; his in textum receptis, a vulgatae librario τούτοις crassa Minerva correctum est in τοῖς περί.

οὐδὲν ἔξεστιν εἰπεῖν. Clar. Naberus (Mnem. 1879 p. 50) contendit vulgatam lectionem εὑρεῖν esse retinendam, quod ζητεῖν et εὑρεῖν inter se opposita sint et quod non recte dicatur εἰπεῖν ἐν τοῖς λόγοις. At accurate perlegens totum locum nec volam nec vestigium oppositionis inter haec vocabula invenire potui et quod attinet ad locutionem ἐν τοῖς λόγοις εἰπεῖν, velim vir clarissimus consideret Isocratem non nude dicere ἐν τοῖς λόγοις λέγομεν sed ἐν τοῖς λόγοις τούτοις, pro quo si synonymum aliquod substitueris v. g. ἐν ταῖς παραινέσεσι, nemo amplius, credo, in hac locutione haerebit. Non magis placet lectio ἔτ' ἔστιν, quam idem vir clarissimus e codicis Γ ἔξεστιν elicuit. Ea enim recepta, nec apte nec vere Isocrates diceret, omnia παράδοξα et ἄπιστα et ἔξω τῶν νομιζομένων iam esse praerepta. — Ceterum ut in orationibus paraeneticis uti licet iis, quae iam alii dixerunt, ita in orationibus demonstrativis non nisi nova sunt proferenda; confer 11. 12 τὸ ὑφ' ἑτέρου ῥηθὲν τῷ λέγοντι μετ' ἐκεῖνον οὐχ ὁμοίως χρήσιμόν ἐστιν, ἀλλ' οὗτος δοκεῖ τεχνικώτατος, ὅστις ἂν ἀξίως μὲν λέγῃ τῶν πραγμάτων, μηδὲν δὲ τῶν αὐτῶν τοῖς ἄλλοις εὑρίσκειν δύνηται.

χαριέστατον. Non solum is vocatur χαρίεις, qui gratia quadam aliorum animos ad se allicit, sed etiam is, qui dexteritate quadam excellit. Confer Aristot. Eth. Nic. I 13. 7 καὶ τῶν ἰατρῶν δ' οἱ χαρίεντες πολλὰ πραγματεύονται περὶ τὴν τοῦ σώματος γνῶσιν. Simili significatione adhibetur adverbium χαριέντως v. g. Isocr. 5. 22.

[τὰ] πλεῖστα. Recte Blassius h. l. articulum delevit. Hoc enim discrimen est inter τὰ πλεῖστα τῶν διεσπαρμένων et πλεῖστα τῶν διεσπαρμένων ut illud significet maximam τ. διεσπ. partem, hoc autem maiorem τ. διεσπ. partem quam quisquam alius (collegit), quae significatio hoc loco fla-

42 κεῖνό μοι πρόδηλον ἦν, ὅτι τὰ συμβουλεύοντα καὶ τῶν ποιημάτων καὶ τῶν συγγραμμάτων χρησιμώτατα μὲν ἅπαντες νομίζουσιν, οὐ μὴν ἥδιστά γ᾽ αὐτῶν ἀκούουσιν, ἀλλὰ πεπόνθασιν ὅπερ πρὸς τοὺς νουθετοῦντας· καὶ γὰρ ἐκείνους ἐπαινοῦσι μέν, πλησιάζειν δὲ βού-
43 λονται τοῖς συνεξαμαρτάνουσιν ἀλλ᾽ οὐ τοῖς ἀποτρέπουσιν. σημεῖον δ᾽ ἄν τις ποιήσαιτο τὴν Ἡσιόδου καὶ Θεόγνιδος καὶ Φωκυ[λ]λίδου ποίησιν· καὶ γὰρ τούτους φασὶ μὲν ἀρίστους γεγενῆσθαι συμβούλους τῷ βίῳ τῷ τῶν ἀνθρώπων, ταῦτα δὲ λέγοντες αἱροῦνται συνδιατρίβειν ταῖς ἀλλήλων ἀνοίαις μᾶλλον ἢ ταῖς ἐκείνων ὑποθήκαις.

3. πεπόνθασιν Γ : ταὐτὸ πεπόνθασιν v.: in E ante πεπόνθασιν interiectum est ταὐτὸ. — 4. ἐπαινοῦσι μὲν .... συνεξαμαρτάνουσιν Γ E : ἐπαινοῦσι μὲν ἅπαντες, πλησιάζειν δὲ οὐ βούλονται, ἀλλὰ μᾶλλον αἱροῦνται συνεῖναι τοῖς ἐξαμαρτάνουσιν v. — 6. Φωκυλλίδου Γ : Φωκυλίδου E v. — 7. γεγενῆσθαι συμβούλους Γ E : συμβούλους γεγενῆσθαι v.

gitatur. Hoc autem inter utrumque discrimen optime intelleges, si comparaveris v. g. 12. 56 καίτοι πάντες ἴσασι τὰς πόλεις τὰς ὑφ᾽ ἑτέροις γιγνομένας, ὅτι π λ ε ῖ σ τ ο ν χ ρ ό ν ο ν (diutissime) τούτοις παραμένουσιν, ὑφ᾽ ὧν ἂν ἐλάχιστα κακὰ πάσχουσαι τυγχάνωσιν, cum 14. 45 (ἡμεῖς) τ ὸ ν μ ὲ ν π λ ε ῖ σ τ ο ν χ ρ ό ν ο ν (plerumque) μεθ᾽ ὑμῶν ὄντες διατετελέκαμεν, τὸν δὲ τελευταῖον μόνον πόλεμον ὑπὸ Λακεδαιμονίοις ἠναγκάσθημεν γενέσθαι. Confer praeterea 14. 1 εἰδότες ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ... τοῖς εὐεργέταις μεγίστην χάριν ἀποδιδόντας (omnium populorum Athenienses sunt gratissimi), cum 14. 14 ἐκεῖνοι .... εἰκότως ἂν παρ᾽ ἡμῶν τὴν μεγίστην δίκην ἐλάμβανον (omnium poenarum maxima afficere i. e. urbem funditus vastare). Hinc non est mirandum quod in eadem sententia apud alterum superlativum articulus est additus, apud alterum omissus, ut v. g. 8. 104 τοὺς ... γὰρ ἐν πλείσταις ἐξουσίαις γεγενημένους ἴδοι τις ἂν ταῖς μεγίσταις συμφοραῖς περιπεπτωκότας et 12. 225 τὰς μὲν αὐτῶν εὕροιμεν ἂν πλείστων ἀγαθῶν αἰτίας γιγνομένας, τὰς δὲ τῶν μεγίστων κακῶν καὶ συμφορῶν. Ob illud itaque discrimen inter πλεῖστα et τὰ πλεῖστα Blassium puto delevisse articulum, non vero quia sequitur κάλλιστα; eodem enim modo legimus 8. 54: (οἱ πρόγονοι ἡμῶν ἐνόμιζον) τὸν ἐπὶ τοῦ βήματος τὰ β έ λ τ ι σ τ α συμβουλεῦσαι δυνάμενον, τὸν αὐτὸν τοῦτον ἄ ρ ι σ τ᾽ ἂν βουλεύσασθαι καὶ καθ᾽ αὑτὸν γενόμενον.

§ 42. τῶν ποιημάτων καὶ τῶν συγγραμμάτων. Orator plenius dixit § 7, τῶν μετὰ μέτρου ποιημάτων καὶ τῶν καταλογάδην συγγραμμάτων, quod ibi magis forma spectatur, nostro autem loco magis argumentum, quod tractatur.

οὐ μὴν — γ᾽ — ἀλλά. Hoc est: veruntamen non — sed. Haec formula ita respondet praecedenti μέν, ut pro simplici sententia cum δέ adhibeatur bipartita, cuius in priore parte cum vi negatur fieri id, quod e praecedentibus exspectari poterat, in altera dicitur fieri id, quod expectari non poterat.

καὶ γάρ. Non ita raro haec formula adhibetur significatione n a m q u e e t i a m, pro magis usitata καὶ γὰρ καί. Vide Krüg. ad Thuc. VI 16. 2, Stalb. ad Plat. Symp. 176 B, Rehd. Demosth. Ind.² s. v. — Ad totam sententiam confer [1. 45] τῶν μὲν γὰρ ἄλλων τοὺς πλείστους εὑρήσομεν ὥσπερ των σιτίων τοῖς ἡδίστοις μᾶλλον ἢ τοῖς ὑγιεινοτάτοις χαίροντας, οὕτω καὶ των φίλων τοῖς συνεξαμαρτάνουσι πλησιάζοντας, ἀλλ᾽ οὐ τοῖς νουθετοῦσιν et 8. 109.

§ 43. σημεῖον — ποιήσαιτο. Paullum haec locutio recedit ab ea, quae magis apud Isocratem est usitata: σημεῖον δὲ τούτων· τὸν Ἡσίοδον γάρ; confer v. g. 4. 86: summa cum celeritate Lacedaemonii advenerunt; σημεῖον δὲ τοῦ τάχους καὶ τῆς ἁμίλλης· τοὺς μὲν γὰρ ἡμετήρους προγόνους φασὶ κτέ.

συνδιατρίβειν — ἀνοίαις. Bene iam Coraes interpretatus est per ἀκούειν τοὺς ἀνοήτους λόγους ἀλλήλων. Verbum συνδιατρίβειν adhibetur quidem non nisi de p e r s o n i s, q u i b u s c u m q u i s c o m m o r a t u r, nostro autem loco

ἔτι δ' εἴ τις ἐκλέξειε τῶν προεχόντων ποιητῶν τὰς καλουμένας 44
γνώμας, ἐφ' αἷς ἐκεῖνοι μάλιστ' ἐσπούδασαν, ὁμοίως ἂν καὶ πρὸς ταύτας διατεθεῖεν· ἥδιον γὰρ ἂν κωμῳδίας τῆς φαυλοτάτης ἢ τῶν οὕτω τεχνικῶς πεποιημένων ἀκούσειαν. (ιγ'.) Καὶ τί δεῖ 45
καθ' ἓν ἕκαστον λέγοντα διατρίβειν; ὅλως γὰρ εἰ θέλο[ι]μεν σκοπεῖν τὰς φύσεις τὰς τῶν ἀνθρώπων, εὑρήσομεν τοὺς πολλοὺς αὐτῶν οὔτε τῶν σιτίων χαίροντας τοῖς ὑγιεινοτάτοις οὔτε τῶν ἐπιτηδευμάτων τοῖς καλλίστοις οὔτε τῶν πραγμάτων τοῖς βελτίστοις οὔτε τῶν θρεμμάτων τοῖς ὠφελιμωτάτοις, ἀλλὰ παντάπασιν ἐναντίας

καὶ

1. ἐκλέξειε τῶν Γ: ἐκλέξειε τῶν E: ἐκλέξειε καὶ τῶν v. — 2. ἔσπευσαν Γ: ἔσπουσαν E: ἐσπούδασαν mg. E v. — 4. ἀκούσαιεν Γ v. et E ut videtur. — 5. θέλοιμεν Γ: ἐθελοιμεν v.: 'θελοιμεν Blass. ed.: θέλομεν Naber. — 7. τὰς τῶν Γ E: τῶν v. — 9. θρεμμάτων Γ E: μαθημάτων v.

verba συνδ. ταῖς ἀλλήλων ἀνοίαις valent συνδ. ἀλλήλοις παραληροῦντες, et similiter explicanda sunt ταῖς ἐκείνων ὑποθήκαις sc. ἐκείνοις, οἳ ἐν τοῖς ποιήμασι ὑποθήκας διδόασι. Contra immorari rebus valet ἐνδιατρίβειν. Hinc recte Naber. Mnemos. 1879 p. 67 pro tradito συνδιατρίβειν proposuit ἐνδιατρίβειν in verbis 4. 158: τῶν μύθων ἥδιστα συνδιατρίβομεν τοῖς Τρωικοῖς et 9. 76 εἴ τις ἀθροίσας τὰς ἀρετὰς τὰς ἐκείνου καὶ τῷ λόγῳ κοσμήσας παραδοίη θεωρεῖν ὑμῖν καὶ συνδιατρίβειν αὐταῖς. Quod ad 4. 158 attinet, iam Cobet. V. L. p. 519 et Mehler in editione Areop. ἐνδιατρίβειν coniecerant.

§ 44. εἴ τις ἐκλέξειε κτἑ. Eiusmodi gnomologias iam exstitisse Isocratis tempore patet ex 15. 67. Confer Praef. p. 16 not. 1.

κωμῳδίας τῆς φαυλοτάτης. Ex his apparet, quam parvi Isocrates aestimarit comoediam, ut recte animadvertit Keil. Anal. Isocr. p. 4 not. 1, qui confert praeterea 8. 14: nulla est in civitate Atheniensium dicendi libertas praeter in ecclesia τοῖς ἀφρονεστάτοις καὶ μηδὲν ὑμῶν φροντίζουσιν, ἐν δὲ τῷ θεάτρῳ τοῖς κωμῳδοδιδασκάλοις· ὃ καὶ πάντων ἐστὶ δεινότατον ὅτι τοῖς μὲν ἐκφέρουσιν εἰς τοὺς ἄλλους Ἕλληνας τὰ τῆς πόλεως ἁμαρτήματα τοσαύτην ἔχετε χάριν κτἑ. Causa autem, cur orator tantopere comoediam aversaretur, ex parte quidem in eo posita fuisse videtur, quod comici eum nonnumquam traducebant, ut Strattis (Mein. Fragm. Com. II p. 764, 1) et Aristophanes (Ibid. p. 1202, 111). Vide clarissimum T. Halbertsma, Mnemos. 1855, p. 218 sq.

§ 45. καὶ τί δεῖ κτἑ. Huiusmodi formulae saepe occurrunt. Sic v. g. 9. 31 τί δεῖ λέγοντα διατρίβειν; 6. 104 καὶ τί δεῖ τὰ πόρρω λέγειν; 12. 105 οὐκ οἶδ' ὅ τι δεῖ πλείω λέγοντα διατρίβειν, 14. 7 οὐκ οἶδ' ὅ τι δεῖ μακρολογεῖν.

εἰ θέλομεν — εὑρήσομεν. Cum in huiusmodi sententiis hic fere constans modorum sit usus, ut, si in protasi adhibeatur Indicativus sive ἄν cum Coniunctivo, in apodosi sequatur Indicativus, si in illa Optativus, in hac Optativus cum ἄν (Cobet N. L. p. 362), hoc loco, spretis codicibus, cum Nabero (Mnemos. 1879 p. 50) scripsi θέλομεν. De verbo ἐθέλειν hoc est notandum Isocratem post consonantes semper longiorem formam adhibuisse, post vocales autem θέλειν. Hoc in universum de ceteris quoque valet oratoribus. Confer Bensel. ad. Areop. p. 257 sqq., Rehd. Demost. Ind.[2] s. v.

εὑρήσομεν κτἑ. Ad sententiam confer quem ad § 42 attuli locum [1. 45].

τῶν θρεμμάτων. Egregie Cobet V. L. p. 154 defendit codicis Γ lectionem his verbis: „carpit orator futilem popularium ὀρτυγοτροφίαν, quae iuventutem Atticam et multos etiam aetate grandiores impense oblectabat, ut multorum exemplis notissimum est, vide Plut. Alcib. cap. 10." Confer de hac re Becker. Charicl. I 133 sqq.

ἐναντίας — ποιοῦντας. Eadem fere sententia recurrit 8. 110: ἀλλὰ γὰρ ἐπὶ τῶν ἐλαττόνων καὶ τοῦ βίου τοῦ καθ' ἡμέραν ἐπιδείξειεν ἄν τις τοὺς πολλοὺς χαίροντας μὲν και τῶν ἐδεσμάτων καὶ

τῷ συμφέροντι τὰς ἡδονὰς ἔχοντας, καὶ δοκοῦντας καρτερικοὺς καὶ
46 φιλοπόνους εἶναι τοὺς τῶν δεόντων τι ποιοῦντας· ὥστε πῶς ἄν τις
τοῖς τοιούτοις ἢ παραινῶν ἢ διδάσκων ἢ χρήσιμόν τι λέγων ἀρέσειεν;
οἳ πρὸς τοῖς εἰρημένοις φθονοῦσι μὲν τοῖς εὖ φρονοῦσιν, ἁπλοῦς δ'
ἡγοῦνται τοὺς νοῦν οὐκ ἔχοντας, οὕτω δὲ τὰς ἀληθείας τῶν πραγ-
μάτων φεύγουσιν, ὥστ' οὐδὲ τὰ σφέτερ' αὐτῶν ἴσασιν, ἀλλὰ λυ-
ποῦνται μὲν περὶ τῶν ἰδίων λογιζόμενοι, χαίρουσιν δὲ περὶ τῶν
ἀλλοτρίων διαλεγόμενοι, βούλοιντο δ' ἂν τῷ σώματι κακοπαθῆσαι
μᾶλλον ἢ τῇ ψυχῇ πονῆσαι καὶ σκέψασθαι περί τινος τῶν ἀναγ-
47 καίων. εὕροι δ' ἄν τις αὐτοὺς ἐν μὲν ταῖς πρὸς ἀλλήλους συνου-
σίαις ἢ ληροῦντας ἢ λοιδορουμένους, ἐν δὲ ταῖς ἐρημίαις οὐ βου-

1. *καὶ φιλοπόνους εἶναι* ΓΕ: *εἶναι καὶ φιλοπόνους* v. — 4. *εἰρημένοις* ΓΕ: *εἰρημένοις λόγοις* v. — 7. *χαίρουσιν* Γ: *χαίρουσι* E v. — 11. *ἢ* om. v. — *ληροῦντας* ΓΕ: *λοιδοροῦντας* mg. E v. Blass. ed.

τῶν ἐπιτηδευμάτων τοῖς καὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν βλάπτουσιν, ἐπίπονα δὲ καὶ χαλεπὰ νομίζοντας ἀφ' ὧν ἀμφότερα ταῦτ' ἂν ὠφελοῖτο, καὶ καρτερικοὺς εἶναι δοκοῦντας τοὺς ἐν τούτοις ἐμμένοντας.

καρτερικοὺς καὶ φιλοπόνους. Quod attinet ad sententiam optime quidem se habent: patientes laborum s. fortes et laboribus gaudentes. Cum autem verbum *εἶναι* non eandem in omnibus codd. teneat sedem et in loco modo laudato *φιλοπόνους* frustra quaeratur, fortasse statuendum est *καὶ φιλοπόνους* esse interpolata.

§ 46. *οἵ*. Saepe pronomen relativum simul causalis particulae vim habet; sic hoc loco valet *οὗτοι γάρ*. Confer quae Schneider. de hoc usu disputat ad 9. 49 et 7. 9.

ἁπλοῦς. Hoc vocabulum plane ut Latinum simplex saepissime significat apertum sincerumque, in quo nihil fallaciae ac doli insit. Hinc haud raro coniunctum invenitur cum *ἀληθής*, v. g. Plat. Leg. V 738 E, cum *γενναῖος*, v. g. Plat. Rep. II 361 B. Apertius etiam haec significatio apparet e Plat. Crat. 405 C: *κατὰ δὲ τὴν μαντικὴν καὶ τὸ ἀληθές τε καὶ τὸ ἁπλοῦν, ταὐτὸν γάρ ἐστιν*. Itaque insania multitudinis hac in re est posita, quod, dum invident iis, qui bene sapiunt, stultos probitatis laude putant dignos, quam nimirum illis abiudicant; *φεύγουσι* enim *τὰς ἀληθείας τῶν πραγμάτων*.

διαλεγόμενοι. Significat hoc loco nihil nisi verba facere nulla mentis intentione, ut patet ex opposito *λογίζεσθαι* et non minus e sequentibus.

§ 47. *ἢ ληροῦντας ἢ λοιδορουμένους*. Nullus dubitavi egregiam lectionem, quam clarissimus T. Halbertsma e cod. Γ et clarissimus Cinquini e cod. E protulerunt, in textum recipere pro vitioso *λοιδοροῦντας*. Hoc enim inter verbi *λοιδορεῖν* activum et medium (nam de passivo h. l. cogitari non potest) interest discrimen, ut activum magis significet increpare, invehi, nulla addita convicii notione, medium autem magis conviciis petere, et ubi de pluribus sermo est rixari. Confer 7. 72 *ἐγὼ δὲ καὶ τῶν ἰδιωτῶν τοὺς ὀλίγα μὲν κατορθοῦντας πολλὰ δ' ἐξαμαρτάνοντας μέμφομαι ... καὶ ... τοὺς γεγονότας ἐκ καλῶν κἀγαθῶν ἀνδρῶν, καὶ μικρῷ μὲν ὄντας ἐπιεικεστέρους τῶν ὑπερβαλλόντων ταῖς πονηρίαις, πολὺ δὲ χείρους τῶν πατέρων, λοιδορῶ, καὶ συμβουλεύσαιμ' ἂν αὐτοῖς παύσασθαι τοιούτοις οὖσιν*. 8. 72 *ἀνάγκη δὲ τοὺς νουθετοῦντας καὶ τοὺς κατηγοροῦντας τοῖς μὲν λόγοις χρῆσθαι παραπλησίοις, τὰς δὲ διανοίας ἔχειν ἀλλήλοις ὡς οἷόν τ' ἐναντιωτάτας. ὥστε περὶ τῶν ταὐτὰ λεγόντων οὐκ ἀεὶ προσήκει τὴν αὐτὴν ὑμᾶς γνώμην ἔχειν, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἐπὶ βλάβῃ λοιδοροῦντας μισεῖν .... τοὺς δ' ἐπ' ὠφελείᾳ νουθετοῦντας ἐπαινεῖν*, 11. 5 et 16. 22. Contra 5. 81 *ἐγὼ γὰρ πρὸς μὲν τὸ πολιτεύεσθαι πάντων ἀφυέστατος ἐγενόμην τῶν πολιτῶν, οὔτε γὰρ φωνὴν ἔσχον ἱκανὴν οὔτε τόλμαν δυναμένην ὄχλῳ χρῆσθαι καὶ μολύνεσθαι καὶ λοιδορεῖσθαι τοῖς ἐπὶ τοῦ βή-*

λευομένους ἀλλ' εὐχομένους. λέγω δ' οὐ καθ' ἁπάντων ἀλλὰ κατὰ
τῶν ἐνόχων τοῖς εἰρημένοις ὄντων. ἐκεῖνο δ' οὖν φανερὸν, ὅτι δε(ῖ) 48
τοὺς βουλομένους ἢ ποιεῖν ἢ γράφειν τι κεχαρισμένον τοῖς πολλοῖς
μὴ τοὺς ὠφελιμωτάτους τῶν λόγων ζητεῖν ἀλλὰ τοὺς μυθωδεστά-
τους· ἀκούοντες μὲν γὰρ τῶν τοιούτων χαίρουσιν, *θεωροῦντες δὲ
τοὺς ἀγῶνας καὶ τὰς ἁμίλλας. διὸ καὶ τὴν Ὁμήρου ποίησιν καὶ
τοὺς πρώτους εὑρόντας τραγῳδίαν ἄξιον θαυμάζειν, ὅτι κατιδόντες
τὴν φύσιν τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀμφοτέραις ταῖς ἰδέαις ταύταις κατ-
εχρήσαντο πρὸς τὴν ποίησιν. ὁ μὲν γὰρ τοὺς ἀγῶνας καὶ τοὺς 49
πολέμους τοὺς τῶν ἡμιθέων ἐμυθολόγησεν, οἱ δὲ τοὺς μύθους εἰς

εὐωχομένους Π Vict. (linea subducta) — δ' οὐ καθ' ἁπάντων Γ E (in mg. E adscr. est ταῦτα): δὲ ταῦτα οὐ κατὰ πάντων v. — δεῖ] δε Γ. — χαίρουσιν Γ:
ἄχθονται
χαίρουσι E v. — ἁμίλλας Γ: ἁμίλλας E: ἁμίλλας ἄχθονται v.; in mg. Λ adscr. est ψυχαγωγοῦνται. — τοὺς τῶν ἡμιθέων ΓΕ: τῶν ἡμιθέων v.

ματος καλινδουμένοις. 12. 13 τοὺς λοιδορουμένους ἐν ταῖς ἐκκλησίαις σφίσιν αὐτοῖς. Optime igitur λοιδορεῖσθαι convenit circulorum illorum consuetudini, non ita λοιδορεῖν, quod est omnis hominis qui vitia aut falsa aut vera graviter reprehendit. Sed ληρεῖν, blaterare quam maxime proprium est multitudinis.

λέγω δ' οὐ καθ' ἁπάντων. Verbum λέγειν hoc loco sine accusativo positum est, quo nihil est usitatius ut v. g. § 52, quod ignorantes librarii, qui codd. v. exararunt, addiderunt ταῦτα. Quod attinet ad cod. Γ lectionem καθ' ἁπάντων, Bock. l. l. p. 12 sq. animadvertit Isocratem non mode ante nomina propria sed etiam ante alia vocabula longiorem formam (ἅπας) praetulisse breviori (πᾶς), nisi quod ante superlativum tantum non semper breviore forma utatur.

§ 48. κεχαρισμένον. De significatione huius participii confer illud Homeri ἐμῷ κεχαρισμένε θυμῷ.

ἀκούοντες — ἁμίλλας. Nemo non sentit in hoc enuntiato desiderari verbum quoddam post ἁμίλλας. Hoc iam vidit vulgatae librarius addiditque ἄχθονται, nulla habita ratione insequentium, ubi Homerus primique tragici laudantur, quod bene perspecta multitudinis indole, μύθους et ἀγῶνας maxime appetentis, utrumque consociaverunt in carminibus. Melius quidem est quod Coraes e margine cod. Λ recepit, nempe ψυχαγωγοῦνται, sed ne hoc quidem ex omni parte probandum est. In tali enim sententiae conformatione, qualem hic habemus, flagitatur verbum, quod aut oppositum sit priori (et iam vidimus nostro loco eiusmodi verbum propter insequentia probari non posse), aut illius notionem in maius auget. At ψυχαγωγοῦνται idem est fere ac χαίρουσι, aut saltem non maioris gaudii notionem continet quam hoc. Nec omnis difficultas est remota etiam si hoc missum faciamus. Quod enim multitudo libenter spectat τοὺς ἀγῶνας καὶ τὰς ἁμίλλας non potest afferri tamquam causa, cur λόγοι μυθωδέστατοι sint scribendi, nam λόγοι audiuntur non spectantur Hac de causa equidem puto non excidisse verbum post ἁμίλλας, sed loci corruptelam altius latere. Ceterum ψυχαγωγοῦνται, quod in margine cod. Λ adscriptum est, petitum videtur e § 49.

τοὺς πρώτους εὑρόντας. De pleonasmo confer Aristoph Nub. 1351 ἀλλ' ἐξ ὅτου τὸ πρῶτον ἤρξαθ' ἡ μάχη γενέσθαι, Xenoph. Cyrop. I 5. 6 ἤρχετο πρῶτον ἀπὸ τῶν θεῶν, Isocr. 4. 10 μὴ τοὺς πρώτους τῶν ἔργων ἀρχομένους, ἀλλὰ τοὺς ἄριστθ' ἕκαστον αὐτῶν ἐξεργαζομένους.

§ 49. ἐμυθολόγησεν. Hoc verbum significat narrare ea, quae remotissimis temporibus sunt facta, aut facta esse perhibentur; hinc valet saepissime fabulas narrare. Confer 6. 24 περὶ μὲν οὖν τῶν ἐξ ἀρχῆς ὑπαρξάντων ἡμῖν ἀκριβῶς μὲν οὐ διῆλθον, ὁ γὰρ παρὼν καιρὸς

ἀγῶνας καὶ πράξεις κατέστησαν, ὥστε μὴ μόνον ἀκουστοὺς ἡμῖν ἀλλὰ καὶ θεατοὺς γενέσθαι. τοιούτων οὖν παραδειγμάτων ὑπαρχόντων δέδεικται τοῖς ἐπιθυμοῦσιν τοὺς ἀκροωμένους ψυχαγωγεῖν, ὅτι τοῦ μὲν νουθετεῖν καὶ συμβουλεύειν ἀφεκτέον, τὰ δὲ τοιαῦτα λεκτέον, οἷς ὁρῶσι τοὺς ὄχλους μάλιστα χαίροντας.

50 (ιδ'.) Ταῦτα *δὲ διῆλθον ἡγούμενος σὲ δεῖν, τὸν οὐχ ἕνα τῶν πολλῶν ἀλλὰ πολλῶν ὄντα τύραννον, μὴ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχειν τοῖς ἄλλοις, μηδὲ τὰ σπουδαῖα τῶν πραγμάτων μηδὲ τοὺς εὖ φρονοῦντας τῶν ἀνθρώπων ταῖς ἡδοναῖς κρίνειν, ἀλλ' ἐπὶ τῶν*

ἀκουστὰς
ἀκουστοὺς Γ: *ἀκουστοὺς* E: *ἀκουστὰς* Π: *ἀκουστὰς ἡμᾶς* .... *θεατὰς* Cobet. — *γενέσθαι* ΓE: *γεγενῆσθαι* v. — *ἐπιθυμοῦσιν* Γ: *ἐπιθυμοῦσι* E v. — *τὰ δὲ τοιαῦτα λεκτέον* ΓE: *ἐκεῖνα δὲ γραπτέον καὶ λεκτέον* v.; in mg. E legitur *ἐκεῖνα καὶ γραπτέον καὶ λεκτέον*. — *μάλιστα χαίροντας* ΓE (cf. 10. 6 Keil.); *χαίροντας* v. — *τὸν οὐχ* ΓE: *οὐχ* v. — *ὄντα τύραννον* v.: *βασιλεύοντα* ΓE. — *κρίνειν* ΓE Vict.: *ἀνακρίνειν* v.

οὐκ ἐᾷ μυθολογεῖν, 9. 36 (*οἱ ποιηταὶ*) *γὰρ οὐ μόνον τῶν γεγενημένων τὰς καλλίστας* (*καθόδους*) *ἡμῖν ἀπαγγέλλουσιν, ἀλλὰ καὶ παρ' αὐτῶν καινὰς συντιθέασιν· ἀλλ' ὅμως οὐδεὶς αὐτῶν μεμυθολόγηκεν κτέ.*

τοὺς μύθους — κατέστησαν. Hoc est: ea, quae in *μύθοις* nonnunquam breviter tantum adumbrata erant, in scena ita repraesentaverunt, ut spectatores tamquam ipsis rebus interesse sibi viderentur.

ἀκουστοὺς — γενέσθαι. Cum fabula agitur, spectatores ea, quae in *μύθοις* traduntur, in scena repraesentari vident simulque histrionum sermones audiunt. Quae cum recte dicta sint, non video causam, cur recipiatur coniectura Cobeti, qui V. L. p. 516 legendum censet: *ὥστε μὴ μόνον ἀκουστὰς ἡμᾶς ἀλλὰ καὶ θεατὰς γενέσθαι*; quae coniectura etiam ideo displicet, quia *ἀκουστής* nusquam alibi ab Isocrate usurpatur et vocabulum rarissimum non ante Menandrum in Graecitate invenitur.

δέδεικται τοῖς ἐπιθυμοῦσιν. Dativus, qui proprie coniungendus erat cum *ἀφεκτέον* et *λεκτέον*, positus est h. l. apud *δέδεικται* eodem modo, quo dicitur 4. 157 *Εὐμολπίδαι .... τοῖς .... βαρβάροις εἴργεσθαι τῶν ἱερῶν προαγορεύουσιν.*

ψυχαγωγεῖν. Hoc est: audientium animos oblectare et ita ad se pellicere. Confer 9. 10 *εἰ καὶ τῇ λέξει καὶ τοῖς ἐνθυμήμασιν ἔχῃ κακῶς* (sc. *τὰ μετὰ μέτρων καὶ ῥυθμῶν*), *ὅμως αὐταῖς ταῖς εὐρυθμίαις καὶ ταῖς συμμετρίαις ψυχαγωγοῦσι τοὺς ἀκούοντας*, Plat. Tim. 71 A *εἰ ὑπ' εἰδώλων καὶ φαντασμάτων ψυχαγωγήσαιτο.*

§ 50. *ταῦτα*. Spectat ad ea, quae leguntur § 42—50.

τὸν — ὄντα τύραννον. Manifestum est cum cod. Γ inserendum esse articulum *τὸν* ante *οὐχ ἕνα*. Firma est enim lex, quae iubet articulum addi ei vocabulo, quod pronomen personale accuratius definiat, cf. Krüg. Gr. Spr. 8. 7. 13 sqq. In sequentibus autem codd. v. lectio *ὄντα τύραννον* praeferenda est codicis Γ lectioni *βασιλεύοντα*, quod aequabilitatem membrorum efficit pulcherrimam et quod apud verba *τὸν οὐχ ἕνα τῶν πολλῶν* aegre desideratur participium *ὄντα*. Ad hanc codicum discrepantiam conferri possunt, quae adnotavimus § 11, ad vocabulum *βασιλεῦσιν*.

τὴν αὐτὴν γνώμην — τοῖς ἄλλοις. Saepius apud Isocratem aliosque dativus pendens ab *αὐτός* etc. ab hoc vocabulo nonnullis interpositis seiunctus est. Vide Schneider. ad 7. 28.

τὰ σπουδαῖα τῶν πραγμάτων. Nihil haec differunt a *τὰ σπουδαῖα πράγματα*, sed Isocrates illam constructionem ut exquisitiorem huic praefert (cf. § 17 et 20).

κρίνειν ταῖς ἡδοναῖς. Hoc est: ex voluptatibus, quibus addictus es, iudicium ferre. Dicitur etiam *κρίνειν πρός τι*, v. g. 4. 76 *οὐδὲ πρὸς ἀργύριον τὴν εὐδαιμονίαν ἔκρινον* et 12. 4. Utraque constructio

χρησίμων αὐτοὺς δοκιμάζειν, ἄλλως τ' ἐπειδὴ περὶ μὲν τῶν γυμ- 51
νασίων τῶν τῆς ψυχῆς ἀμφισβητοῦσιν οἱ περὶ τὴν φιλοσοφίαν ὄντες, καί φασιν οἱ μὲν διὰ τῶν ἐριστικῶν λόγων, οἱ δὲ διὰ τῶν πολιτικῶν, οἱ δὲ δι' ἄλλων τινῶν φρονιμωτέρους ἔσεσθαι τοὺς αὐτοῖς πλησιάζοντας, ἐκεῖνο δὲ πάντες ὁμολογοῦσιν, ὅτι δεῖ τὸν καλῶς πεπαιδευμένον ἐξ ἑκάστου τούτων φαίνεσθαι βουλεύεσθαι δυνάμενον.

τῶν χρησίμων ΓΕ: *τῶν πράξεων τῶν χρησίμων* v. — *περὶ μὲν τῶν* ΓΕ: *περὶ τῶν* v. — *ὄντες* Γ (*διατρίβοντες* supra) Vict.: *ὄντες* E: *διατρίβοντες* v. — *φαίνεσθαι βουλεύεσθαι δυνάμενον* ΓΕ: *γενέσθαι συμβουλεύεσθαι δυνάμενον* v.

nonnunquam coniuncta est v. g. Xenoph. Hier. 4. 8 *οὐ τῷ ἀριθμῷ οὔτε τὰ πολλὰ κρίνεται, οὔτε τὰ ἱκανὰ, ἀλλὰ πρὸς τὰς χρήσεις.* Male autem in codd. v. pro *κρίνειν* legitur *ἀνακρίνειν*, quod non iudicare significat, sed, ut novitio vocabulo utar, litem instruere. Praeterea *ἀνακρίνειν* eam quoque ob causam non est huius loci, quia Isocrates, si in altero membro verbo composito est usus, in altero quoque composito uti solet. Confer Bensel. ad Areop. p. 157 sqq.

ἐπὶ τῶν χρησίμων αὐτοὺς δοκιμάζειν. Pronomen *αὐτούς*, ea de causa ab oratore additum esse videtur, quod postea iam non de *πράγμασι*, sed de *ἀνθρώποις* tantum sermo est De locutione *δοκιμάζειν ἐπί τινος* confer § 52 *ἐπὶ τοῦ συνομολογουμένου λαμβάνειν τὸν ἔλεγχον*, 9. 34 *τὰς πράξεις τινὸς σκοπεῖν ἐπὶ τῶν εὐδοκιμωτάτων τῶν τυράννων.*

§ 51. *ἄλλως τ' ἐπειδή*, Haec vocabula significant hanc quoque ob causam, quod Ceterum *ἄλλως τε καί* ita differt ab *ἄλλως τε*, ut illud significet praesertim, adhibeaturque, ubi de pluribus rebus una tantum tamquam praecipua affertur; *ἄλλως τε* autem significat quoque. Confer Schneider. ad 4. 66.

ἐπειδὴ περὶ μὲν — ἐκεῖνο δέ. Haec cum inter se opponantur, utique codicis Γ lectio *περὶ μὲν τῶν* est praeferenda vulgatae *περὶ τῶν*. Animadvertendae praeterea sententiae coordinatae, Graecis, antitheseon amantissimis, valde dilectae, ubi nos alteram subiungimus alteri.

οἱ περὶ τὴν φιλοσοφίαν ὄντες. Idem legitur v. g. 15. 147. 183. 279; pro *ὄντες* invenitur *διατρίβοντες* 5. 84, 15. 41 De *φιλοσοφία* vide ad § 35.

τῶν ἐριστικῶν λόγων. Sunt in universum altercationes, contentiones, quod dicendi genus Protagoras primus invenisse dicitur. Peculiariter autem, ut apud Isocratem, qui traditur *χωρίσας πρῶτος τοὺς ἐριστικοὺς λόγους τῶν πολιτικῶν*, (Ps. Plut. Vit. Isocr. p. 837) sunt orationes, in quibus proponuntur et defenduntur sententiae quam maxime a vulgari hominum opinione abhorrentes, quarum nonnullas Isocrates in prima orationis decimae parte perstringit. Eorum autem disciplinae, qui id orationum genus alios docent quique apud nostrum audiunt *οἱ περὶ τὰς ἔριδας διατρίβοντες*, postquam 13. 1—8 acerrime eam impugnaverat noster, postea 15. 261 sqq. et 12. 26 sqq. iam non omnem utilitatem abiudiat. Confer Blass. Att. Bereds. II p. 22 et 35. De simultate inter diversarum disciplinarum professores vide eundem l. l. p. 7.

τὸν καλῶς πεπαιδευμένον. Confer 12. 30, ubi haec leguntur: *τίνας οὖν καλῶ πεπαιδευμένους; πρῶτον μὲν τοὺς καλῶς χρωμένους τοῖς πράγμασι τοῖς κατὰ τὴν ἡμέραν ἑκάστην προσπίπτουσιν, καὶ τὴν δόξαν ἐπιτυχῆ τῶν καιρῶν ἔχοντας καὶ δυναμένην ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ στοχάζεσθαι τοῦ συμφέροντος.*

ἐξ ἑκάστου τούτων. Hoc est *τῶν τῆς ψυχῆς γυμνασίων.* De significatione praepositionis *ἐκ*, hoc loco cum *βουλεύεσθαι*, non vero cum *φαίνεσθαι* ut putat Koch. l. l. p. 29, coniungendae, vide ad § 3.

φαίνεσθαι βουλεύεσθαι. Notandus idem exitus duorum vocabulorum se excipientium, de quo parechesis genere vide Blass. l. l. p. 161 et Schneider. ad 7. 61. Ceterum codicis Γ lectio *βουλεύεσθαι*, quod est consilium agitare, capere praeferenda est codd. v. lectioni *συμβουλεύεσθαι*, quod cum dativo personae coniunctum significat consulere aliquem. *Συμβουλεύοντας* in sequenti paragrapho videtur ansam dedisse corruptelae.

52 χρὴ τοίνυν ἀφέμενον τῶν ἀμφισβητουμένων ἐπὶ τοῦ συνομολογου-
μένου λαμβάνειν αὐτῶν τὸν ἔλεγχον, καὶ μάλιστα μὲν ἐπὶ τῶν
καιρῶν θεωρεῖν συμβουλεύοντας, εἰ δὲ μή, καὶ καθ' ὅλων τῶν
πραγμάτων λέγοντας. καὶ τοὺς μὲν μηδὲν γιγνώσκοντας τῶν δεόν-
των ἀποδοκίμαζε· δῆλον γὰρ ὡς ὁ μηδὲν ὢν αὐτὸς χρήσιμος οὐδ'
53 ἂν ἄλλον φρόνιμον ποιήσειεν· τοὺς δὲ νοῦν ἔχοντας καὶ δυναμένους
ὁρᾶν πλέον τι τῶν ἄλλων περὶ πολλοῦ ποιοῦ καὶ θεράπευε, γι-
γνώσκων, ὅτι σύμβουλος ἀγαθὸς χρησιμώτατον καὶ τυραννικώτατον
ἁπάντων τῶν κτημάτων ἐστίν. ἡγοῦ δὲ τούτους μεγίστην σοι ποιεῖν
τὴν βασιλείαν, οἵτινες ἂν τὴν διάνοιαν τὴν σὴν πλεῖστ' ὠφελῆσαι
δυνηθῶσιν.

ἐπὶ τὸ ὁμολογούμενον ἐλθόντα λαμβάνειν v. — θεωρεῖν συμβουλεύοντας Γ: τοὺς θεωρεῖν συμβουλεύοντας E: θεωρεῖν τοὺς συμβουλεύοντας v. — καὶ καθ' ὅλων Γ: καὶ καθ' ὅλων E: τοὺς καθόλου v. — τοὺς μὲν μηδὲν ΓE (in E lineola subter μὲν): τοὺς μηδὲν v. — ἀποδοκίμαζε ΓE (sed in E supra ultimam ε scriptum esse videtur ειν): ἀποδοκιμάζειν v. — αὐτὸς Γ: αὐτῷ E: αὐτῷ v. — χρήσιμος del. Cob. — ποιήσειεν ΓE: ποιήσειε v. — ἁπάντων τῶν κτημάτων ΓE: ἁπάντων κτημάτων v. — σοι μεγίστην ποιήσειν v.

§ 52. *ἀφέμενον*. De verbi *ἀφιέναι* eiusque Medii constructione et significatione confer 6. 11 *χρὴ Μεσσήνην ἀφέντας ποιήσασθαι τὴν εἰρήνην ... ἐκεῖνοι γὰρ ἀφέμενοι τῆς ἡμετέρας φιλίας τὰς αὑτῶν πόλεις ἀπώλεσαν.*

τῶν ἀμφισβητουμένων. Spectat ad varia institutionis genera, de quibus in praecedenti paragrapho dictum est *τοὺς περὶ τὴν φιλοσοφίαν ὄντας ἀμφισβητεῖν.*

ἐπὶ τοῦ συνομολογουμένου. In praecedenti paragrapho dixit orator omnium sapientiae professorum iudicio eum demum esse virum bene institutum, qui *βουλεύεσθαι* possit. Verba itaque *ἐπὶ τοῦ συνομ.* spectant at *βουλεύεσθαι* § 51.

αὐτῶν. Erasmus refert ad *τῶν ἀμφισβητουμένων*, Wolfius et Langius ad *οἱ περὶ τὴν φιλοσοφίαν ὄντες*. Me iudice potius spectat ad viros, in quorum prudentiam Nicocles velit inquirere, ut e loci conexu apparet. Inde enim a § 50 orator docet Nicoclem, qua ratione debeat *δοκιμάζειν* eos sive *ἔλεγχον λαμβάνειν* eorum, quos inter consiliatores recipere velit.

ἐπὶ τῶν καιρῶν κτἑ. Ad haec e praecedenti *αὐτῶν* supplendum est *αὐτούς*, unde efficitur lectionem codd. v. *τοὺς συμβουλεύοντας* non posse admitti. Participium *συμβουλεύοντας* coniungendum est cum *ἐπὶ τῶν καιρῶν*: *περὶ ὧν ἐν τῷ παρόντι καιρῷ βουλευτέον ἐστίν.*

εἰ δὲ μή. Mente supple: *δυνατόν ἐστι τοῦτο*, cum res consilium praesens non postulet. Non enim probare possum Wolfii interpretationem hanc: «*εἰ δὲ μὴ θεωρηθῶσιν ἐπὶ τῶν καιρῶν συμβουλεύοντες*: si, re consilium praesens non flagitante, ambages et nugas egerint." Nam frustra ex eo, qui in certo rerum statu non audeat dicere, quid sentiat, bonum iudicium exspectabis de rebus in universum.

ὁ μηδὲν ὢν αὐτὸς χρήσιμος. Quamvis lubenter concedam Cobeto (N. L p. 320) frequentissimum esse *οὐδέν*, *μηδὲν εἶναι* pro *οὐδενὸς ἄξιον εἶναι*, tamen non h. l. hanc formulam restituendam esse puto. Nam si *χρήσιμος* omittitur aequabilitas membrorum tollitur. Recte autem dici *οὐδὲν χρήσιμος* per se patet.

§ 53. *ὁρᾶν πλέον τι τῶν ἄλλων*. Confer 5. 122 *πορρωτέρω τῶν ἄλλων τῇ διανοίᾳ καθορῶν.*

ποιεῖν. Loquitur orator de iis, quos rex iam inter familiares recepit. Horum autem quanto quis est sapientior quantoque magis regis mentem sapientiae praeceptis imbuit tanto magis regiam dignitatem auget. Itaque non opus est vulgata lectione *ποιήσειν*, quae e coniectura orta esse videtur.

(ιε'.) Ἐγὼ μὲν οὖν ἅ τε γιγνώσκω παρήνεκα καὶ τιμῶ σε τού- 54
τοις οἷς τυγχάνω δυνάμενος· βούλου δὲ καὶ τοὺς ἄλλους, ὅπερ εἶπον ἀρχόμενος, μὴ τὰς εἰθισμένας ἄγειν σοι δωρεὰς, ἃς ὑμεῖς πολὺ πλείονος ἀγοράζετε παρὰ τῶν διδόντων ἢ παρὰ τῶν πωλούντων, ἀλλὰ τοιαύτας, ἃς κἂν σφόδρα χρῇ καὶ μηδεμίαν ἡμέραν διαλείπῃς οὐ κατατρίψεις, ἀλλὰ μείζους καὶ πλείονος ἀξίας ποιήσεις.

παρήνεσα v. — ἢ παρὰ τῶν ΓΕ: ἢ τῶν v. — αἷς Is. Blass. ed.: ἃς Naber. —
αὐτῷ αὐτὰς
κἂν ΓΕ: ἐὰν v. — χρῇ Γ: χρήσῃ E v. — διαλίπῃς v. — ποιήσεις Γ: ποιήσεις E: αὐτὰς ποιήσεις v.

Subscriptum est in Γ: πρὸς Νικοκλέα περὶ βασιλείας ὑποθῆκαί. θεόδωρος ἅμα εὐσταθίωι, in E: πρὸς Νικοκλέα περὶ βασιλείας.

§ 54. παρήνεκα. Propter insequens praesens τιμῶ indolemque Graeci Perfecti improbanda lectio codd. v. παρήνεσα.

ἢ παρὰ τῶν πωλούντων. Post particulam ἤ Isocrates saepissime praepositionem omittit, cuius rei causa est, quod plurimae praepositiones a vocali incipiunt, quae, si post ἤ ponerentur, hiatum efficerent. Hoc cadit in 17 locos, quos Schneider. ad 9. 3 attulit; in tribus orator nulla necessitate coactus praepositionem non adhibuit. Repetivit autem praepositionem quinque locis, ubi, si omitteretur, hiatus non existeret, sc. 5. 129, 9. 74, 15. 14. 51. 176. Quae cum ita sint tutissimum arbitror in re dubia optimum librum sequi, ubi fieri possit.

ἅς. Hanc Naberi (Mnemos. 1879 p. 51) coniecturam pro codicum lectione αἷς in textum recepi. Nam quamvis nullum apud Isocratem invenerim locum, quo αἷς aut condemnetur aut defendatur, nec Schneider. ad [1. 37] ullum attulerit, tamen ratio suadet, ni fallor, ut ἅς scribamus. Ceterum ne pro ἅς exspectes οἵας, reputa saepius pronomen relativum inveniri pro οἷος, ubi facile sententia ab οἷος incipiens suppleri possit, v. g. nostro loco: οἵαν ἐγὼ νῦν σοι φέρω.

———

SENTENTIAE CONTROVERSAE.

SENTENTIAE CONTROVERSAE.

I.

Isocr. 5. 34 (Blass.). *Μόνη γὰρ ὑποστᾶσα τοὺς μεγίστους κινδύνους πρὸς τὴν Εὐρυσθέως δύναμιν ἐκεῖνόν τε τῆς ὕβρεως ἔπαυσε καὶ τοὺς παῖδας (τοῦ Ἡρακλέους) τῶν φόβων τῶν ἀεὶ παραγιγνομένων αὐτοῖς ἀπήλλαξεν.* Dele *αὐτοῖς.*

II.

Isocr. 10. 50. *Οἱ δ' ᾑροῦντο μένοντες ἐπὶ τῆς ἀλλοτρίας καταγηράσκειν καὶ μηδέποτε τοὺς αὑτῶν ἰδεῖν.* Legendum est *καὶ μηδέποτ' ἔτι τοὺς αὑτῶν ἰδεῖν.*

III.

Xenoph. Anab. VII 7. 14 (Cobet. 1881). *οἶμαι ἂν οὖν, ἔφη, ὑμᾶς ἀπολαβεῖν τῇ στρατιᾷ τὸν ὀφειλόμενον μισθόν, εἰ εἴποιτε ὅτι δεδέηται ὑμῶν ἡ στρατιὰ συναναπρᾶξαι τὸν μισθὸν ἢ παρ' ἑκόντος ἢ παρ' ἄκοντος Σεύθου· καὶ ὅτι τούτου τυχόντες προθύμως ἂν συνέπεσθαι ὑμῖν φασι· καὶ ὅτι δίκαια ὑμῖν δοκοῦσι λέγειν. καὶ ὅτι ὑπέσχεσθε αὐτοῖς τότε ἀπιέναι ὅταν τὰ δίκαια ἔχωσιν οἱ στρατιῶται.* Dele *οἱ στρατιῶται.*

IV.

Xenoph. Anab. VII 7. 28. Ἐμοὶ τοίνυν μεῖζον βλάβος καὶ αἴσχιον δοκεῖ εἶναι τὸ ταῦτα νῦν μὴ κατασχεῖν ἢ τότε μὴ λαβεῖν, ὅσῳπερ χαλεπώτερον ἐκ πλουσίου πένητα γενέσθαι ἢ ἀρχὴν μὴ πλουτῆσαι, καὶ ὅσῳ λυπηρότερον ἐκ βασιλέως ἰδιώτην φανῆναι ἢ ἀρχὴν μὴ βασιλεῦσαι.

Delenda sunt verba καὶ ὅσῳ — βασιλεῦσαι.

V.

Soph. Oedip. Colon. 445 sqq. (Nauck. 1884.)

ἐκ ταῖνδε δ' οὔσαιν παρθένοιν ὅσον φύσις
δίδωσιν αὐταῖν, καὶ τροφὰς ἔχω βίου
καὶ γῆς ἄδειαν καὶ γένους ἐπάρκεσιν.

Fortasse legendum est κἄλης ἄδειαν.

VI.

Hor. Epod. 16. 2 sqq. (Schütz 1880).

Quam neque finitimi valuerunt perdere Marsi
minacis aut Etrusca Porsenae manus,
aemula nec virtus Capuae nec Spartacus acer
novisque rebus infidelis Allobrox
nec fera caerulea domuit Germania pube
parentibusque abominatus Hannibal:
impia perdemus devoti sanguinis aetas etc.

Pro devoti sanguinis legendum est fortasse devotis caedibus.

VII.

Hor. Sat. I 6. 123 sp.

Ad quartam iaceo; post hanc vagor aut ego, lecto
aut scripto, quod me tacitum iuvet, unguor olivo.

Lege: quod me et tacitum etc.

VIII.

Cl. Mar. Victor. Aleth. (Corpus Script. Eccl. Latinorum, Vindobonae 1888). Precationis vs. 25 sq.

Te dominum natura probat servata caducis
partibus et iussam seriem *datus* ordo fatetur.

Pro *datus*, legendum est *status*.

IX.

Ibid. I. 29 sqq.

Corpus enim, quod plaga terit, quod tempora solvunt
atque abolent ipso, qui tendit in ultima, fine
principium ostendit, quod quae sortita probantur
aut facta credi par est aut nata putari.
nam quae nascuntur cum tempore mota ferantur,
tempora post mundi molem currentia nasci
quod prius est et corporibus constare necesse est
non potuisse probant fieri potuisse fatentur.

Pro *nam* (vs. 34) lege *iam*.

X.

Fac. Hist. I 2. (Heraeus. 1877). *Opus* adgredior opimum casibus, atrox proeliis, discors seditionibus, ipsa etiam pace saevum.

Recte Cornelissen Mnemos. 1884 p. 273 pro *opus* coniecit *tempus*, sed originem vitii non omni ex parte detexit.

XI.

Parum recte Curtius (Gr. Gesch. III p. 644 not. 135) putat Isocratem or. 12. 76 sqq. sub Agamemnonis nomine laudare Philippum, Macedonum regem.

XII.

Non satis caute Collitz (Sammlung der Griech. Dialect-Inschriften, 1er Band, Göttingen 1884) statuit Pnytagoram, qui regnum tenuit Cypriae Salaminis circa 340 a. Chr. n., fuisse Euagorae I filium.

XIII.

Ad demonstrandum Sertorium fuisse natura crudelem non sufficiunt loci, quos Drumann (Röm. Gesch. IV p. 349) affert: Appian. B. C. I 109, 112, Plut. Sert. 3, 5. 10, 18, 25.

XIV.

Onder de vakken, voorkomende in het programma der eindexamina aan de Gymnasia met zesjarigen cursus, vastgesteld bij Koninklijk Besluit van den 21sten Juni 1887, diende voor de examinandi der Afd. A opgenomen te worden de Grieksche en Romeinsche Geschiedenis.

